DIONYSIUS HALICARNASSENSIS QUIBUS POTISSIMUM UOCABULIS EX ARTIBUS METAPHORICE DUCTIS IN SCRIPTIS RHETORICIS USUS SIT.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITERARUM UNIUERSITATE UIADRINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE IX. M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXXVI H. XI.

IN AULA LEOPOLDINA

PUBLICE DEFENDET

AUGUSTUS GREILICH

SILESIUS.

ADUERSARII ERUNT:

Adolphus Bartsch, cand. phil.

Paulus Schmidt, gymn. Olau. cand. prob.

SUIDNICIAE

TYPIS L. HEEGII.

MDCCCLXXXVI.

Matris memoriae
sacrum.

Pertractanti mihi scripta rhetorica Dionysii Harlicarnassensis, quem multo elegantius quam ceteros illius aetatis scriptores genus scribendi secutum esse constat[1]) satis multa offerebantur uocabula sine dubio ex artibus translata in rhetoricam, apertissima artium studiorum uestigia. Cuius rei causam in ratione et inclinatione illorum temporum positam esse me non fugit, quoniam Augusti aetas non tam sollers erat et ingeniosa, quam artibus ad fastigium iam perductis omni liberali perpolita doctrina.[2]) Huc accedebat, ut a criticis quibus potissimum uirtutibus excellerent artifices inquirentibus primo ante Christum saeculo decades ueterum artificum i. e. canones propositi ad artes pingendi et fingendi promouendas constituti essent.[3]) Neque qui uiri doct. Brzoskae dissertationem perlegerit, dubitabit, quin studium eloquentiae cum artibus mutis conferendae a Pergamenis ortum sit. Quorum uestigia cum Dionysius sequatur, quid mirum, quod in scriptis eius rhetoricis illud studium uocabulis 'ad praecepta rhetorica explananda oratorumque artem, genera dicendi, historiam, dignitatem diligentius describenda' (l. c. p. 96) adhibitis dilucide appareat?[4]) In quae, quamuis apud alios quoque rhetores eiusmodi uocabula hic illic reperiri haud nesciam, quoniam apud Dionysium quasi conlecta uidentur eiusque solius illorum temporum rhetoris longe plurima seruata sunt scripta rhetorica inquirere operae pretium sit.

---

[1]) cf. Fr. Blass, die griechische Beredsamkeit in dem Zeitraum von Alexander bis auf Augustus, Berolinae 1865, p. 169, ubi haec sunt uerba: 'Dionys zeigt einen von allen Fehlern reinen und geschmackvollen Stil . . . Dionys stellt, gegen seine Zeitgenossen gehalten, einen nicht geringen Aufschwung und eine erfreuliche Regeneration der griechischen Prosa dar.'

[2]) u. l. c. p. 222.

[3]) Quod demonstrauit Jul. Brzoska, de canone decem oratorum Atticorum questiones, diss. Uratisl. 1883, p. 72 et 74.

[4]) Brz., p. 97 adn. 1: 'huic artificiorum studio mirum in modum sermo terminis technicis ex pictura sculptura architectura desumptis distinctus respondet, qualem reperimus in Ciceronis potissimum et Dionysii scriptis rhetoricis.'

Restat, ut hoc loco prof. inl. Studemundio et doct. lib. art. Strillero, qui me opusculum conscribentem et consilio et re adiuuerint, gratias agam quas debeo maximas.

Antequam de uocabulis ipsis dicere incipiam, qui disputationis mihi conueniat cursus me exponere necesse est. Artes quae dicuntur mutae cum respicere uoluerim — hoc enim longe plenissimum delectationis uidetur opus — quoniam quae de architectura sumpta esse[1]) pro certo affirmare licebat non repperi uocabula, ad artes modo fingendi et pingendi animum conuertam.[2]) Atque cum iam ut potero quid de eiusmodi sentiam uerbis exposuero, adgrediar epilogo disputationis ad uocabula ex artibus texendi et acu pingendi traducta, quarum maius quam opificiorum esse artificium nemo non perspicit. Praeterea uerba Uitruu. II 1, 6[3]) respiciens non modo ad architecturam sed etiam ad alias artes pertinentia, quin adnotationibus uocabula propria significatione in opificiis usurpata, deinde translata in rhetoricam suo quodque loco pertractem facere non potero.

Quae quamuis iam ante Dionysium rara legantur, tamen imprimis apud hunc magna eorum et mira est conlectio.

[1]) Huc haud scio an spectent uoces: *στηρίζειν, στηριγμός, ἀντιστηριγμός; ἐγκαθισμός; ἐρείδειν, διερείδειν; ἑδρᾶν, ἱδρύνειν, ἕδρα, ἀνέδραστος, εὔεδρος, δυςεδρος.* Comparationes ex architectura depromptas reperias de c. u. 6, p. 88 Sch.; 22 p. 294.

[2]) De opusculo E. Bertrandii: 'de pictura et sculptura apud ueteres rhetores' [Lutet. Paris 1881] iam Brzoska l. c. p. 81 rectissimum fecit iudicium.

[3]) cf. Friedr. Thiersch, Ueber die Epochen der bildenden Kunst unter den Griechen, Monaci 1829, p. 105.

Caput I.

Vocabula ex arte fingendi translata.

§ 1.

Uerbum *τορεύειν* ualet caelare, sculpere, unde *τορευταί* (cf. Dion. de comp. uerb. 25, p. 410 ed Schaefer: *ζωγράφων τε καὶ τορευτῶν παῖδες*) et *τορευτική* (uide Plin. n. h. XXXIV 54: 'primusque sc. [Phidias] toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur' et paulo post: 'hic [sc. Polyclitus] consummasse hanc scientiam iudicatur et toreuticen sic erudisse, ut Phidias aperuisse'). Cuius primariae uocis *τορεύειν* significationis exempla reperias Anacr. 17, 1: *τόν ἄργυρον τορεύσας Ἥφαιστέ μοι ποίησον πανοπλίαν μὲν οὐχί, ποτήριον δὲ κοῖλον;* Strab. XIII s fin.: *ἴδιον δ' ἐστὶ ἐν κιβύρᾳ τὸ τὸν σίδηρον τορεύεσθαι ῥᾳδίως;* Pausan. I 28, 2: *τήν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος Λαπιθῶν πρὸς κενταύρους μάχην λέγουσι τορεῦσαι.*[1]) 'Uerbum *τορνεύειν* contra nihil aliud esse quam tornare, rotundare (cf. Hugo Bluemner, Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Roemern II, (Lips. 1879) p. 331 sq. et exempla p. 332 adn. 5 et 6 adlata. Memoriae dignum uidetur uocem *τορνεύειν* impropria significatione reperiri Aristoph. Thesm. 995 (986 Mein): *ἀλλ' εἶ ἐπ' ἄλλ' ἀνάστρεφ' εὐρύθμῳ ποδὶ, τόρνευε* (Bentleius coni. ex *τόρευε* 'ut loco conuenientius') *πᾶσαν ᾠδήν*, 'uerum age, alio te conuerte composito pede, torna totam cantilenam'; ibid 58 (54 M.): *τὰ δέ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ*) fuse eruditeque ostendit Salmasius in exercitationum Plinianarum p. 734 sq.' (Bentleius ad Horatii art. poët. 441). Discrimine uocabulorum *τορεύειν* et *τορνεύειν* exposito iam ad metaphoricam illius transeamus uim, quae reperitur de c. u. 25, p. 404 Sch. et de

---

[1]) cf. K. O. Mueller, Handbuch der Archaeologie der Kunst, Uratisl. 1848[3] p. 64 adn. 3, p. 433. 436.

adm. ui dic. in Dem. 51, p. 1112, 12 ed Reiske[1]), quo loco haec ad uerbum expressa leguntur: *ὁρῶν τοὺς κρατίστους λόγων ποιητὰς*[1]) *νομιζομένους, Ἰσοκράτην καὶ Πλάτωνα, γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας ἐκφέροντας λόγους* i. e. orationibus quasi caelatis, expolitis[2]), ut multum curae et operae in iis conscribendis consumptum esse appareat. Quae locorum laudatorum interpretatio alio Dionysii loco adiuuatur, ubi coniunctum est *τορεύειν* cum uerbo *ῥινᾶν;* nam de Thuc 24, 1, p. 129[3]) haec sunt uerba: *στρέφων ἄνω καὶ κάτω καὶ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν τῆς φράσεως μορίων ῥινῶν καὶ τορεύων.* Compositum *περιτορεύειν* codices praebent de ui Demosth. 21, p. 1020, 14 R., quo loco Isocratis dicendi ratio opponitur Demosthenis, de qua haec leguntur: *συγκεκρότηταί*[4]) *τε καὶ συνέσπασται καὶ περιτετόρευται τοῖς*

[1]) Eodem sensu haec uox usurpatur de uet. script. c. 2, 10, p. 422, 11 R., ubi Aeschylus uocatur *δημιουργὸς καὶ ποιητὴς ἰδίων ὀνομάτων καὶ πραγμάτων;* de ui Demosth. 41, p. 1083, 5 R.: *ἐπῶν ποιηταὶ καὶ μελῶν;* de c. u. 22 p. 304 Sch.: *ποιηταὶ τῆς αὐστηρᾶς ἁρμονίας* (sc. Pindarus et Thucydides); de Lys. 3, p. 459, 13 R.; de ui Demosth. 2, p. 95?, 8 R. Ceterum iam apud Isocratem (XV 192) legimus *λόγων ποιητής.* Similis est significatio uocis *δημιουργός,* quae praeter locum quem supra laudauimus, legitur de ui Demosth. 51, p. 1114, 6. R.

[2]) u. Ernestius, lex. technol. Graec. rhetor., Lips. 1795 s. u.

[3]) Dionysii historiographica ed. Krueger, Hal. 1823.

[4]) Operae pretium sit de hoc uocabulo pauca adnotare, quod proprie ualens 'conflare, more fabrorum ferrariorum, qui ferra candentia aut alia metalla conflant' (Steph. thes. s. u.) reperitur etiam sensu rhetorico de Isocr. 2, p. 538, 5 R., ubi Isocratis *λέξις* dicitur: *οὐ στρογγύλη ὥσπερ ἐκείνη* (sc. *Λυσίου*) *καὶ συγκεκροτημένη . . . ὑπτία δέ ἐστι μᾶλλον καὶ κεχυμένη πλουσίως;* eadem fere leguntur de ui Demosth. 18, p. 1006, 14 sq.: *ὑπτία καὶ ἐπαγωγικὴ καὶ περιρρέουσα τοῖς νοήμασιν, ὥσπερ αἱ τῶν ἱστορικῶν,* deinde sic pergitur: *ἡ δ' ἐναγώνιος στρογγύλη τε εἶναι βούλεται καὶ συγκεκροτημένη καὶ μηδὲν ἔχουσα κολπῶδες,* 'der gedrängte, knappe Ausdruck im Gegensatz des gedehnten, weitschweifigen' (Ern. l. l.). Similia leguntur haec: *συνέστραπται δὲ, εἴ τις καὶ ἄλλος, καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασιν* de Lys. 5, p. 463, 8. R.; *ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις* l. c. p. 464, 12 R.; *τὸ συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα* de Lys. iud. 13, p. 482, 4 R. (cf. de Isocr. 11, p. 556, 12 R.); *τὸ συνεστράφθαι* opp. *τἆλλα ἐν πλάτει λέγεται* de ui Dem. 19, p. 1011, 7 R; *ταῦτα κεκολπωμένα σφίγξαι μᾶλλον ἐνῆν καὶ στρογγυλώτερα ὧδέ πως ποιῆσαι* l. c. p. 1010, 6 R.; *περιόδῳ τε καὶ κύκλῳ περιλαμβάνειν τὰ νοήματα ῥυθμοειδεῖ* de Thuc. 2, p. 538, 7 R. Huc spectant etiam *λέξις στρογγύλη καὶ πυκνή* de Lys. 9, p. 470, 9 R.; *τῆς ἀγωγῆς τῶν περιόδων τό κύκλιον* de Isocr. 12, p. 558, 9 R. alia. Haud alienum a proposito sit adnotare simplex quoque uerbum *κροτεῖν* translata ui de c. u. 25, p. 416 Sch. reperiri: *εἴ τι κεκροτημένως ὑφ' ἑτέρου γίνεται διὰ τέχνης,* ubi non cum interprete latino, quem omnino pessime munere suo functum esse

νοήμασιν[1]) *ἄμεινον.* Sed quinam *περιτορεύειν*, ut Ernestius quidem uult, quae genuina eius uerbi est uis 'rem circum caelandi' de re dici potest, 'cum idonea concinnitate et breuitate ita enuntiatur, ut rotunda et concisa et teres elocutio fiat'? Nonne potius uerbum desideratur, cuius eadem fere atque uocabulorum *συγκροτεῖν* et *συσπᾶν* 'compulsandi, condensandi, conglobandi' est significatio? Qua re optimam esse uiri doct. Sadée (l. c.) coniecturam scribentis *περιτετόρνευται.* Iam enuntiati sententia satis est dilucida: Demosthenis dicta uocantur contusa quasi malleo et contracta circuitumque quendam orbemque conficientes[2]). Quod alibi significatur uocabulis *στρογγύλος*, ut de Dem. 43, p. 1093, 1 R.: *τῶν δὲ περιόδων αἱ μέν εἰσιν εὐκόρυφοι καὶ στρογγύλαι ὥσπερ ἀπὸ τόρνου*[3]), opponuntur *ὕπτιαι, κεχυμέναι, οὐκ ἔχουσαι τὰς βάσεις περιττάς;* de c. u. 7, p. 100 Sch.: *ἆρ' ὁμοίως ἔσται δικανικὴ καὶ στρογγύλη* (sc. *λέξις*); de Isocr. 11, p. 556, 13 R.: *ἐν τῷ συστρέφειν τὰ νοήματα καί στρογγύλως*

---

constat, interpretandum est 'exquisite, ut plausus consequatur,' sed potius 'concinne tamquam de eo, quod malleo contusum est' et adiectiuum *ἀσυγκρότητος* de ui Dem. 19, p. 1010, 1 R.: *ταῦτα κεκολπωμένα σφίγξαι μᾶλλον ἐνῆν καὶ στρογγυλώτερα ὧδέ πως ποιῆσαι . . . καὶ ἡ μετὰ ταῦτα διάνοια πλατέως τ' εἴρηται καὶ ἀσυγκρότητός ἐστιν'.* Ceterum uide l. c. 43, p. 1089, 2 R.: *τὰ μὲν ἀναβεβλημένας ἔχει τὰς ἁρμονίας καὶ διεστώσας, τὰ δὲ προςκεκολλημένας* (coni. Sylb. ex *προςκολλώσας*) *καὶ συμπεπυκνωμένας,* 'alia late et fuse diducta, alia pressius densiusque elata' (Ern.), quo ex loco apparet uocabulorum *προςκολλᾶν* et *συμπυκνοῦν* eandem fere rhetoricam esse uim atque uocis *συγκροτεῖν.* Neque desunt apud Dionysium uerba *κόλλα* (cum uocabulo *δεσμός* coniunctum de ui Demosth. 40, p. 1076, 17 R.), *ἀκόλλητος* (cf. de c. u. 22, p. 310 Sch.: *ἀσύμμικτα δὲ τῇ φύσει ταῦτα τὰ στοιχεῖα* (sc. *ν* et *χ*) *καὶ ἀκόλλητα*), *καταπυκνοῦν* (uide de c. u. 16, p. 204 Sch. et quae Ernestius s. u. de hac uoce disserit). Adnotanda quoque uidentur uocabula *συσπᾶν* (cf. de Dem. 21, p. 1020. 14 R.), *κατασπᾶν* (uide de c. u. 20, p. 282 Sch.: *ἀνάγκη οὖν κατεσπάσθαι καὶ συστέλλεσθαι τὴν φράσιν τῇ βραχύτητι τῶν συλλαβῶν ἐφελκομένην*), *διασπᾶν,* de qua uoce contrariam praebente significationem uide Ernestium s. u. et Demetr. de eloc. 303. Huc etiam substantiuum *διαχάλασμα* pertinet, quod legimus de c. u. 22, p. 332 Sch.: *τὸ μετὰ τοῦτο πάλιν ἀποτραχύνει καὶ διασπᾷ τοῖς διαχαλάσμασι τῶν ἁρμονιῶν* 'de illis uitiis compositionis et structurae, quae oriuntur ex collisionibus uocalium et concursu impedito literarum: unde fit mora quaedam auribus iniucunda et difficilis elocutio' (Ern.).

[1]) cf. Leon. Sadée, de Dionysii Halic. scriptis rhetoricis quaestiones criticae, diss. Argentor. 1878, p. 97.

[2]) cf. Gell. n. a. IX 8, 4: 'hanc sententiam memini a Fauorino inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque uerbis his paucissimis.'

[3]) Uide Plat. Phaedr., p. 234 E.: *ὅτι σαφῆ καὶ στρογγύλα καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται.*

ἐκφέρειν (similia leguntur de Lys. 13, p. 482, 4: *τὸ συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα;* eadem fere de Lys. 6, p. 464, 12 R.); de Lys. 9, p. 470, 9 R.: *στρογγύλη καὶ πυκνὴ* (sc. *λέξις*); de ui Dem. 19, p. 1010, 6 R.: *μακρὰ μὲν οὖν ἡ λέξις οὕτως ἐστὶν αὐτῇ, πλατεῖα δὲ καὶ ἀσυγκρότητος ὡδέ πως* (cf. Sadée, l. c. p. 229), . . . *ταῦτα κεκολπωμένα σφίγξαι μᾶλλον ἐνῆν καὶ στρογγυλώτερα ὡδέ πως ποιεῖν* (u. quae Ernestius s. u. adnotat); *περιφερής*, quam uocem legimus de c. u. 20, p. 284 Sch.: *εὔτροχον καὶ περιφερῆ καὶ καταρρέουσαν εἶναι τὴν φράσιν ἐκ τοιούτων συγκεκροτημένην ῥυθμῶν;* l. c. 22, p. 334 Sch.: *ἥ τε περίοδος . . . οὐκ ἔχει τὴν βάσιν εὔγραμμον καὶ περιφερῆ, ἀλλ' ἀκόρυφός τις φαίνεται καὶ ἀκατάστροφος* 'apta periodi clausula, quae illam rotundam facit, ita ut uere sentias periodum finiri . . . limitibus destituta et uaga periodus' (Ernestius s. u.).

§ 2.

Iam uerbum *ῥινᾶν* perstringamus, quod quamuis in fabrili quoque arte usui fuisse haud nesciam[1]), tamen hoc loco tractare malui, quoniam de Thuc. iud 24, 1, p. 129 Kr. cum uoce *τορεύειν* coniungitur. Digni quoque sunt loci, qui commemorentur, Aristoph. Ran. 930 (902 M.): *τὸν μὲν ἀστεῖόν τι λέξειν καὶ κατερρινημένον* ('festiuum quid et limatum' Bentleius[2]); Horat. art. poët. 291: 'limae labor'; Ouid trist. I 7, 29: 'ablatum mediis opus est incudibus illud defuit et scriptis ultima lima meis'; Apulei florid. IX (p. 345, 22 Elm. = p. 29 Oud.): 'meum uero unumquodque dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineam certam redigitis, cum torno et cothurno iterum comparatis'.

§ 3.

De uocabulo *πλάσσειν* H. Bluemner l. c. II, p. 2 sq. tam accurate agit, ut totum locum ad uerbum transcribere mihi liceat: 'Jedenfalls fällt die Verwendung des Thons zur Formung von Gegenständen irgend welcher Art in eine so frühe Zeit, daß die wortbildende Sprache einen eigenen Ausdruck für jegliches Bilden oder Formen in Thon oder anderen weichen Stoffen schaffen konnte: das ist bei den Griechen das Wort *πλάσσω* mit allen

[1]) u. H. Bluemner II, p. 228.

[2]) cf. Cic. de orat. III 190; Bekk. anecd., p. 9, 3.

seinen Ableitungen.[1]) πλάσσω ist sowohl das Formen von Gefäßen wie von Figuren, aus Wachs wie aus Lehm oder Thon ...[2]) In gleich umfassendem Sinne gebraucht wird das auf solche Weise entstandene πλάσμα und sowohl der Bildner πλάστης[3]) als seine Thätigkeit πλαστική.[4]) Bald aber wurde die ursprünglich allgemeine Bedeutung dieser Ausdrücke specialisirt; man bezog sie zunächst nur auf den Thonbildner ... dann aber, da bei der Technik des Erzgusses die Herstellung des Thonmodells eine sehr wichtige Rolle spielte, und der Erzgießer vor Allem Thonbildner sein mußte, erhält πλάσσειν mit seinen Ableitungen die Bedeutung des Bildens in Erz oder Metall überhaupt[5]) und bald auch den noch weiteren Sinn jeglicher statuarischer Thätigkeit, also auch der in Stein. Im Lateinischen dagegen... ist das dem πλάσσω völlig entsprechende Wort fingo. Auch dies bedeutet zunächst nur das Bilden in weichen Stoffen, später aber jegliche statuarische Kunst in oft hervorgehobenem Gegensatz zu pingo'.

Rhetorica uerbi πλάττειν significatio cerniter et Alcid. π. σοφ. 12: λόγοι μετὰ παρασκευῆς πεπλάσθαι καὶ συγκεῖσθαι δοκοῦντες; Plat. Apol., p. 17 C.: πλ. λόγους; Polit. IX, p. 588 B; Aristot. Rhet. III 2, p. 175 Roemer: διὸ δεῖ λανθάνειν ποιοῦντας καὶ μὴ δοκεῖν λέγειν πεπλασμένως, ἀλλὰ πεφυκότως i. e. nimio studio uel nimia arte; III 8, p. 189 R.: τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄρρυθμον, τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον, πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησιν, apud alios et in Dionysii scriptis rhetoricis, cum haec eius sint uerba: τοῖς πράγμασι προςήκοντα καὶ τοῖς συνεληλυθόσι εἰς τὸν σύλλογον προςώποις ἁρμόττοντα πλάσσειν διάλογον de Thuc. 41, 5, p. 184 Kr., quo loco simplex ualet formandi uel fingendi uis; τοῦτο ἀφελῶς καὶ ἡδέως εἴρηται ἦθός τε οὐ πεπλασμένον, ἀλλὰ φυσικὸν ἐμφαίνει de Isaeo 9, p. 600, 7 R.; τίς οὖν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν τὸν μὲν Λυσίου 'νέον' καὶ 'ἰδιώτην' καὶ 'ἀπράγμονα' ἀρχέτυπόν τινα εἶναι τῆς ἀληθείας ... τὸν ἕτερον δὲ ἀπόγραφόν τινα καὶ οὐ λανθάνοντα, ὅτι πέπλασται ῥητορικῇ τέχνῃ καὶ

---

[1]) cf. Jacobs et Welcker ad Philostr. imag., p. 105 sq. et Schubart in nou. ann. phil. 1874, p. 19 sq.

[2]) Ex cera Plat. Polit. IX, p. 588 D.; leg. XI, p. 933 B.; Luc. Halc. 4; Etymol. Magn., p. 530, 11 (cf. Bluemner II, p. 123 sq.); ex luto Hes. op. et d. 70; ex argilla Luc. Prom. 1.

[3]) u. Aesop. fab. 47; Poll. Onom. VII 165.

[4]) cf. Plat. leg. III, p. 679 A.; Luc. Prom. 2.

[5]) u. praeter alia exempla a Bluemnero adlata Dion. de Din. 7, p. 644, 17 R. et de ui Dem. 51, p. 1114, 3 R. cf. etiam Bluemner, l. c. p. 368.

γὰρ αἱ λέξεις καὶ τὰ νοήματα παρ' ἐκείνῳ μὲν τὸ αὐτοφυές, παρὰ δὲ τούτῳ (sc. Ἰσαίῳ) τὸ κατασκευαστὸν[1]) ἀποφαίνουσιν, l.

[1]) Uerbum *κατασκευάζειν* quamuis primario sensu de aedificandi labore dictum esse multa doceant exempla (cf. Plat. Polit. VI, p. 589 A., Crit. p. 115 B.; Poll. Onom. IV 12: *οἱ κατασκευάζοντες τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἀγάλματα τεχνῖται* multa alia), etiam ad alia pertinere opificia apparet imprimis Imm. Bekk. anecd. gr. II, p. 652, 12, ubi exponitur *ἡ ποιητικὴ τέχνη: ἣ ὕλην τινὰ λαβοῦσα κατασκευάζει ἐντέχνως ὥσπερ ἡ χαλκευτικὴ καὶ ἡ σκυτοτομικὴ καὶ ἡ τεκτονικὴ* et p. 653, 1: *ἡ τεκτονικὴ ἐξ ἑνός μέρους κατασκευάζεται, ἐκ τῶν ξύλων καὶ ἡ χαλκευτικὴ ἐξ ἑνὸς, τοῦ χαλκοῦ· ἡ οἰκοδομικὴ ἐκ πλειόνων κατασκευάζεται, ἐξ ἀσβέστου καὶ λίθων καὶ ἡ ὑφαντικὴ ἐρίου καὶ διαφόρων ὑφασμάτων.* In Dionysii scriptis rhetoricis neque desunt loca, quibus genuina uerbi cernitur significatio (u. de c. u. 6, p. 88 Sch. et de Din. 7, p. 644, 12 R.) et duplex metaphoricus rhetoricusue distingui potest usus, cum aut dicatur uox de oratione eiusque partibus omnino faciendis et exstruendis (ut legitur *κ. προοίμιον* de Thuc. 20, 1, p. 115 Kr.; *ῥυθμόν* de ui Dem. 48, p. 1101, 12 R.; *λόγον* l. c. 9, p. 977, 11 R.; de c. u. 25, p. 396 et 410 Sch.; ep. I ad Amm., p. 746, 1 R. alibi; *λέξιν* de ui Demosth. 48, p. 1105, 1 R; l. c. 15, p. 1000, 6 R. *μέρος λέξεως* de Thuc. iud. 55, 3, p. 216 Kr.; *γραφὴν* ep. II ad. Amm. 1, 1, p. 220 Kr; *πραγματείαν* ep. I ad Amm., p. 733, 8 R.; *περίοδον* de ui Dem. 20, p. 1014, 7 R.; *ἑρμηνείαν* l. c. 33, p. 1059, 7 R.; *ταῦτα διὰ τῶν κυρίων καὶ κοινῶν ὀνομάτων κατεσκεύασται* l. c. 13, p. 992, 5 R; *ἣν δ' ἡ περιοχὴ ὠφελίμη κατεσκευάσθαι μὴ τοῦτον ὑπ' αὐτοῦ τόν τρόπον* de Thuc. 25, 5, p. 136 Kr.; *δημηγορίαι εἰς τὸν αὐτὸν κατεσκευασμέναι τῆς διαλέκτου χαρακτῆρα* l. c. 43, 2, p. 188 Kr.; *λέξις εἰς τὸν αὐτὸν κετεσκευασμένη χαρακτῆρα* de c. u. 23, p. 358 Sch.; *παραδείγματα, ἃ παρὰ τὸν Θουκυδίδου κατεσκεύασται χαρακτῆρα* de Thuc. 55, 1, p. 214 Kr.; *χαρακτῆρες κατεσκευασμένοι παρὰ τούτους* (sc. *τοὺς τρεῖς γενικωτάτους* de ui Demosth. 37, p. 1067, 13 R.; *ἡ αὐστηρὰ ἁρμονία ἀποιήτως καὶ ἀφελῶς καὶ τὰ πλείω κομματικῶς κατεσκευάσθαι βούλεται* l. c. 39, p. 1072, 16 R.; *τῶν δημοσίων ἀγώνων πολλὰ μέρη τούτῳ κατεσκεύασται τῷ χαρακτῆρι* l. c. 13, p. 993, 10 R. alia) aut cum arte formandis (sic legimus: *ἡ ἐπίθετος καὶ κατεσκευασμένη φράσις τῶν περὶ Γοργίαν* de ui Demosth. 4, p. 963, 9 R.; *τὸ κατεσκευασμένον καὶ ἔντεχνον* de c. u. 26, p. 422 Sch.; *κατεσκεύασται μὲν οὖν ἑκατέρα καὶ εἰς ἄκρον γε ἥκει τῆς ἰδίας κατασκευῆς* (de Lysiae et Thucydidis dicendi ratione) de ui Dem. 2, p. 958, 4 R.; *παρὰ δὲ Ἰσαίῳ κατεσκεύασται τὸ δοκοῦν εἶναι ἀφελές* (opp.: *παρὰ Λυσίᾳ . . . φυσικῶς εἴρηται καὶ ἀφελῶς . . . καὶ τὸ ἐπιλεγόμενον ἀκατάσκευον φαίνεται εἶναι*) de Isaeo 7, p. 596, 8 R. Commemorandum quoque est substantiuum *κατασκευή*, cuius de significatione rhetorica (primaria usurpatur maxime de aedificiis exstruendis, ut Poll. Onom. I 84 et apud alios, respondens latinae uoci structura (cf. Uitr. de arch. I 5, 1; VII 7, 1) disseruit Ernestius l. c. Aut enim 'notat structuram et compositionem, siue ea in uerbis siue in sententiis et argumento orationis uersatur' (cf. de Thuc. 27, 2, p. 147 Kr. *κ. τῆς λέξεως*; de ui Demosth., p. 956, 2. 996, 6. 1030, 15. 1094, 10 R.; de Isocr. 13, p. 559, 13 R.; de Lys. 8, p. 468, 4 R. *τοῦ λόγου*; de ui Dem. 43, p. 1092, 14 R. *τῶν κώλων*; ep. II ad Amm. 16, p. 140 Kr. *τῶν ἐνθυμημάτων*; ep. ad. Cn. Pomp. 2, 7, p. 19 Kr.: *λέξις κατεσκευασμένη ἀμωμήτῳ καὶ ἀφελεῖ*

c. 11, p. 604, 7 sq. R., ubi de summo studio uocem dictam esse apparet (cf. Cic. de or. I 17; III 190. 201).

κατασκευῇ; l. c. 2, 4, p. 16 Kr. κ. ἐπίθετος i. e. 'quae ἀρεταῖς ἐπιθέτοις constat' (Krueg. in ind. uerb. s. u.); de ui Dem. 13, p. 993, 13 R. p. 959, 8. 965, 10. 1025, 8 R.; de c. u. 16, p. 210 Sch.: οὐδαμῇ λεαίνειν τὴν κατασκευὴν οὐδὲ ἡδύνειν; de ui Dem. 57, p. 1126, 13 R.: φορτικαὶ καὶ ἄγροικοι κατασκευαί; de Lys. 3, p. 458, 4 R.; ep. ad Cn. Pomp. 2, 8, p. 20 Kr. κ. Γοργίου καὶ Θουκυδίδου; de Isaeo 7, p. 597, 11 R. Δημοσθένους; de Isocr. ind. 3, p. 541, 16 R. Ἰσοκράτους; de Lys. 24, p. 501, 16 R. τὸ ἀφελὲς τῆς κ.; de Dinarcho 7, p. 643, 8 R. τῆς κ. τὸ μὴ τραγικόν; de ui Demosth. 45, p. 1095, 12 R.: πράγματα χαριεστέρας δεόμενα κατασκευῆς; l. c. 48, p. 1105, 5 R. ἀκρίβεια τῆς κ.; l. c. 50, p. 1110, 7 R. σχῆμα τῆς κ. alia), aut dicitur, 'ubi artificiosa orationis instructio significanda est, quam Cic. de inuent. I 8 apparationem et artificiosam diligentiam' appellauit. (Sic Pindarus dicitur ζηλωτὸς κ. ἕνεκα de uet. script. c. 2, 5, p. 420, 6 R.; Thucydides ἀταμιεύτως τῇ κατασκευῇ κεχρῆσθαι καὶ ἄγεσθαι μᾶλλον ὑπ' αὐτῆς ἢ ἄγειν de ui Demosth. 10, p. 982, 6 R.; Isaeus ὅσον ἀπολείπεται τῆς χάριτος ἐκείνης (sc. τῆς Λυσίου λέξεως), τοσοῦτον ὑπερέχειν τῇ δεινότητι τῆς κατασκευῆς de Isaeo 3, p. 590, 5 R. (paulo ante: ἡ δ' Ἰσαίου τεχνικωτέρα δόξειεν ἂν εἶναι καὶ ἀκριβεστέρα τῆς Λυσίου) Praeterea haec reperiuntur uerba: ἐκ κατασκευῆς δὲ πάντα καὶ μεμηχανευμένα πρὸς ἀπάτην (opp. αὐτοφυῶς καὶ ἀπραγματεύτως) de Isaeo 16, p. 616, 3 R.; κατεσκεύασται μὲν οὖν ἑκατέρα καὶ εἰς ἄκρον γε ἥκει τῆς ἰδίας κατασκευῆς (de Lysiae et Thucydidis dicendi ratione) de ui Demosth. 2, p. 958, 4 R.; ὑφῆκε τῆς κ. ἑκών (sc. Πλάτων) l. c. 28, p. 1041, 15 R.; τῆς κ. ἀθλητὴς ἰσχυρότερος (sc. Ἰσοκράτης) contra Lysiam τὸν τῆς ἀληθείας πιθανώτερον εἰκαστήν de Isocr. 11, p. 557, 7 R., ad quem locum Wolfius haec adnotat: 'κατασκευή rhetoribus fere confirmationem, ut ἀνασκευή refutationem significat; sed latius patet uocabulum τῆς κ., ut pro artificiosa totius orationis compositione et structura . . . seu pro apparatu et copiis accipiatur; uidetur adludere ad illud Philippi Macedonis dictum, qui Isocratem pugili, Demosthenem uero militi comparabat; τῆς κατασκευῆς ἀθλητήν igitur fortasse licebit pro eo exponere, qui magnis uiribus in id incumbat, quod tractandum susceperit animoseque perficiat, idque ita, ut tota ratio eius non tam ad seriam pugnam, quam ad pompam et spectatorum uoluptatem referatur; huc enim pertinet, quod supra dixit (p. 538, 10) eius compositionem esse πεποιημένην μᾶλλον εἰς σεμνότητα πομπικὴν καὶ ποικίλην. Equidem hoc loco uoci κατασκευή potius uim artificii orationis tribuendam censeo, praesertim cum paulo ante Isocrates dicatur περιεργότερος ἐν τῇ συνθέσει τῶν ὀνομάτων (contra Lysias ἀφελέστερος) eiusque dicendi ratio habere πολλοὺς τῶν ἐπιθέτων κόσμων de Demosth. 18, p. 1007, 4 R. Id quoque moneam τὴν κατασκευήν in quinque orationis uirtutum haberi numero, quod intellegitur Diog. Laërt. VII 59, ubi sic definitur: κατασκευὴ δέ ἐστι λέξις ἐκπεφευγυῖα τὸν ἰδιωτισμόν. Ceterum Ernestius illum uocabuli praetermisit usum, quo adhibetur de iis figuris, 'quibus artificiosa orationi forma conciliatur', ut ep. ad. Cn. Pomp. 2, 7, p. 19 Kr. et 2, 14, p. 24. (cf. Krueger in ind. u.) Etiam significat 'confirmationem et eam orationis dispositionem, qua argumentis et probationibus pugnatur' (Ern.). Quod duobus apparere locis, quae reperiantur de Lys. 24, p. 501, 3 R.: καὶ ἔστι ('forte: ἢ [sc. εὔνοια] ἐστι Markl.)

Compositum ἀναπλάσσειν, quod genuina ui usurpant Aristoph. Nub. 995, Luc. Somn. 2: ἵππους ἢ καὶ νὴ Δί᾽ ἀνθρώπους ἀνέπλαττον; pro imag. 9: ἄνθρωπος κολοσσοὺς ἀναπλάττων; imag. 3: τῶν παλαιῶν τινας ἐκείνων τεχνιτῶν παρακαλέσας ἐπὶ τὸ ἔργον, ὡς ἀναπλάσειάν μοι τὴν γυναῖκα; de ui Demosth. 46, p. 1099, 7 R: τοὺς καλοὺς ἐκείνους λόγους ἀνέπλασεν (sc. Δημοσθένης) translatam legitur praebens significationem (cf. Cic. or. 190: 'hanc igitur ad legem cum exercitatione tum stilo . . . formanda nobis oratia est' et 201).

Neque silentio praetermittendum est adiectiuum ἄπλαστος proprie ualens 'non formatus (ut Anth. Pal. IX 404, 2), deinde formam nondum habens (ut Philo II, p. 317, 40: ἐὰν ἄπλαστον καὶ ἀδιατύπωτον τὸ ἀμβλωθὲν τύχῃ), quod frequentius dicitur ἀδιάπλαστος' (Steph. thes. s. u.) a Dionysio in artem rhetoricam transduci ut 'naturalis orationis simplicitas, ab ornamentis ex arte petitis uerborumque lenociniis libera' (Ern. l. l.) significetur, quod perspicitur art. rhet. X 11, p. 306 Schott.[1]: καὶ ἀπλάστως καὶ ἀσχηματίστως λέγουσιν, ὥσπερ καὶ ἀγοραίως τοῖς ὀνόμασιν, sine figuris

κράτιστον τῆς κατασκευῆς μέρος' et art. rhet. X 14, p. 310 Schott: οἱ δὲ οὔπω μακρὰς (sc. ποιοῦται διηγήσεις), ὥστε καὶ συμπλέκειν καὶ κατασκευάς τινας καὶ αὐξήσεις. Respiciendum quoque esse Cic. ad Att. I 14, ubi commemoraturus artificia, quibus in laudando Pompeio usus fuisset, περιόδους nominet, καμπάς, ἐπιχειρήματα et κατασκευάς, quorum duo priora ad elocutionem, posteriora ad confirmandi amplificandique studium referat. Uideamus nunc strictim adiectiuorum ἐγκατάσκευος et ἀκατάσκευος usum, quae ad eam κατασκευῆς spectant significationem, 'qua ponitur pro structura artificioue orationis apud rhetores. Hinc igitur dicitur ἐγκ. λόγος oratio, cui inest illa κατασκευή i. e. structura et artificium aut structura artificiosa aut artifex compositio, contra ἀκατάσκ., quae illa caret. Est enim λόγος ἐγκ. oratio concinna et composita et opificii rhetorici plena i. e. certam quandam structuram habens periodisque circumscripta, ut interpretatur Budaeus, qui alibi testatur a Plut. in uit. Hom. (15) ἐγκ. λόγον uocari figuratam et tropis distinctam orationem' (Steph. thes. s. u.) Uox igitur ἐγκατάσκευος, etiam ab aliis rhetorica ui usurpata (cf. Demetr. π. ἑρμ. 15; Ulpian. ad Demosth. cor., p. 216 alia) a Dionysio coniungitur cum διάλεκτος de Demosth. 15, p. 999, 15 R., φράσις de c. u. 18, p. 240 Sch., λέξις de Thuc. 23, 2, p. 126 Kr.; ep. ad Cn. Pomp. 2, 7, p. 19 Kr.; de Demosth. 1, p. 955, 11; 6, p. 967. 5 R. Contrario sensu Dionysius utitur adiectiuo ἀκατάσκευος, quod ualet 'structurae et artificii expers, carens artificii compositione, de oratione simplici et inconcinna' (Steph. thes.), ut de Isaeo 7, p. 596, 5 R; de Demosth. 13, p. 992, 9 R.; 39, p. 1072, 17 R. (u. etiam Caecilii rhet. frg. 7, ed. Th. Burckhardt. Basil. 1863). Ceterum de Isaeo 15, p. 614, 8 R. eadem fere ui ἀκατασκεύαστος usurpatur.

[1]) Ceterum in hac dissertatione artis rhetoricae solorum capitum X et XI ratio habita est, quoniam haec sola Dionysii esse demonstrauit Fr. Blass, de Dionysii Halic. scriptis rhetoricis diss., Bonnae 1863, p. 28.

et ornatu loqui. Ibidem λέξιν ἄπλαστον et ἀκαλλώπιστον iungit, ubi de affectu orationis exponit, quem dicit non egere ornatu uerborum[1]) . . . Alii rhetores, ut hanc notionem exprimant, dicunt τὸ ἀποίητον[2]), ἀδιάσκευον etc. Sic Marcell. in uita Thucyd., p. 9: τὸ ἄπλαστον καὶ ἀνηθοποίητον ἐπετήδευσε, orationem ita formauit, ut expers esset lenociniis artificiisque oratoriis, quibus uulgo alii ornare et iucundam auribus efficere student' (Ern.). Caecilii quoque de Antiphonte uerba a Photio seruata cod. CCIX, p. 485 Bekk. digna sunt quae adnotentur: ὁ μέντοι Σικελιώτης Καικίλιος μὴ κεχρῆσθαί φησι τὸν ῥήτορα τοῖς κατὰ διάνοιαν σχήμασιν, ἀλλὰ κατευθὺ αὐτῷ καὶ ἀπλάστους τὰς νοήσεις ἐκφέρεσθαι (u. Spengelii συναγ. τεχν. p. 12). Ceterum contrarium sensum praebet εὔπλαστος, 'qui facile fingi potest, cuius forma facile repraesentari a fictore potest' (Steph.), ut Plat. leg. II, p. 666 C.: σίδηρος εὐπλαστότερος, figurate reip. IX, p. 588 D.: λόγος εὐπλαστότερος κηροῦ; Eust. ad Il., p. 45, 14: λόγος οὐκ εὔπλαστος.

---

1) u. Walz. rhet. gr. IX, p. 594, 13; Plut. mor., p. 16 B.

2) Hoc adiectiuum, cuius primaria uis, si uocis εὐποίητος, cui inest sensus 'cum arte factus', frequentis apud Homerum meminerimus usus (cf. Il. XVI 106; Od. III 434; XX 150), dilucide iam perspicietur, metaphorica significatione a Dionysio usurpatur 'de uulgari et simplici' (Ern.), de eo, 'quod nulla arte affectioneue compositum est' (Krueg. in ind. uerb.), ut de Lys. iud. 8, p. 468, 6 R.: ἀποίητος καὶ ἀτεχνίτευτος ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ (sc. Λυσίου) χαρακτήρ (paulo post: πεποίηται γὰρ αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀποίητον); de Isocr. 20, p. 584, 9 R.: τὸ ἀπ. καὶ ἀφελές (cf. de ui Demosth. 39, p. 1072, 15 R.; ep. ad Cn. Pomp. 2, 3, p. 15 Kr.); de ui Demosth. 6, p. 967, 15 R.: διάλεκτος . . . δοκοῦσα μὲν ἀποίητος εἶναι, κατεσκευασμένη δ' ἀμωμήτῳ καὶ ἀφελεῖ κατασκευῇ; de c. u. 1, p. 16 Sch.: ποιητικὴ κατασκευὴ τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένη λόγον. Praeterea u. Demetr. de el. 28, ubi dicitur de ἁπλοῦν καὶ ἀποίητον πάθος. Ceterum ἀποιήτου λόγου exemplum adfertur de Isocr. 7, p. 598, 4 sq. R. Nunc uocabula ποιητικός et πεποιημένος paucis percurram, quorum prius ualens 'quidquid in oratione est elaboratum et arte factum' (Ern.) sat multis Dionysii scriptorum rhetoricorum legitur locis, ut de Lys. 14, p. 483, 7 R.: τὸ π. διώκειν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθινόν, 'naturalem quandam simplicitatem (Ern.); de c. u, 1, p. 16 Sch.: π. κατασκευὴ τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένη λόγον; de Isocr. iud. 20, p. 584, 6 R.: ταῦτα ποιητικώτερα μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἀληθινώτερα ('eine ausgesuchte Wendung des Ausdrucks im Gegensatz einer leichteren und natürlicheren' Ern.); de Isaeo 19, p. 625, 10 R.: τὴν μὲν ποιητικὴν κατασκευὴν . . . οὐδεὶς Ἰσοκράτους ἀμείνων ἐγένετο; de Thuc. 51, 3, p. 207 Kr.: ἐγὼ δ' οὔτ' αὐχμηρὰν καὶ ἀκόσμητον καὶ ἰδιωτικὴν τὴν ἱστορικὴν εἶναι πραγματείαν ἀξιώσαιμ' ἄν, ἀλλ' ἔχουσάν τι καὶ ποιητικὸν οὔτε παντάπασι ποιητικήν, ἀλλ' ἐπ' ὀλίγον βεβηκυῖαν τῆς ἐν ἔθει (nolo historicam elocutionem horridam et rudem et incomptam esse, sed ita factam, ut quaedam ars et elegantia appareat Ern.); de Lys. 3, p. 456, 5 R.: τοῖς κοινοτάτοις χρώμενος ὀνόμασι καὶ

Sed quoniam de uocabulis *πλάττειν* et *ἄπλαστος* satis disputatum est, adgrediamur ad uocem *πλάσμα*, cuius genuinam significationem, quam supra iam adnotauimus, cernimus Aristoph. au. 686: *πλάσματα πηλοῦ*; Plat. Theaet., p. 197 D: *κήρινόν τι πλ.*, p. 200 B.; Hipp. mai. p. 298 A.: *καὶ τὰ ποικίλματα πάντα καὶ τὰ ζωγραφήματα καὶ τὰ πλάσματα τέρπει ἡμᾶς ὁρῶντας;* Dionys. de c. u. 10, p. 112 Sch.: *πλάσματα καὶ γραφαὶ καὶ γλυφαὶ καὶ ὅσα δημιουργήματα χειρῶν ἀνθρωπίνων;* Ps. Long. *π. ὕψ.* 13, 4; Luc. imag. 4: *τὸ κάλλιστον τῶν Ἀλκαμένους πλασμάτων;* Prom. 3: *συνειργάζετο δέ τοι καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλὸν καὶ ἔμψυχα ποιοῦσα εἶναι τὰ πλάσματα.* Iam nemini uirum uidebitur, quod *πλάσμα* in artem rhetoricam translatum uim ʻcompositionis, formae dicendi, quem uulgo stilum uocant' (Ern.) acceperit, quae perspicitur de c. u. 4, p. 56 Sch.: *γενήσεταί μοι οὐκέτι ἐπαγωγικὸν τὸ πλάσμα* (Schaefer adnotat

---

ποιητικῆς οὐχ ἁπτόμενος ('uel forte *ἁπτομένοις*' Marklandius) *κατασκευῆς* sc. *Λυσίας*, cui opponuntur: *οἱ πρότεροι οἱ βουλόμενοι κόσμον τινὰ προςεῖναι τοῖς λόγοις* (coni. ex *ὅλοις* Sylburgius) *ἐξήλλαττον ἰδιώτην καὶ κατέφευγον εἰς τὴν ποιητικὴν φράσιν μεταβολαῖς* (Reiskius mauult *μεταφοραῖς*) *τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις;* ep. ad. Cn. Pomp. 2, 6, p. 18 Kr.: *σχήμασι ποιητικοῖς ἐσχάτην προςβάλλουσιν ἀηδίαν;* l. c. 2, 13, p. 23 Kr.; de uet. script. c. 2, 11, p. 423, 11 R.: *τὸν ὄγκον τῆς π. κατασκευῆς;* de Thuc. 24, 6, p. 131 Kr., ubi in numero *τῶν τεσσάρων ὀργάνων τῆς Θουκυδίδου λέξεως* habetur etiam *τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων* i e. 'studium nouorum inusitatorumque uerborum atque etiam, quorum usum non nisi poëtis condonamus' (Ern. l. c.); de uet. script. c. 2, 11, p. 423, 11 R., quo loco Sophocles dicitur: *ποιητικὸς ἐν τοῖς ὀνόμασι;* de ui Dem. 50, p. 1109, 14 sq. R., ubi *λέξις ποιητική* opponitur *ποιήματι;* frg. 21 (ed. C. Th. Roessler, Lips. 1873): *τὸ δοκοῦν ἀνεπιτήδευτον εἶναι ἀποίητον ὀνομάζει· καὶ πολὺ κάλλιον ἦν οὕτως ὀνομάσαι τὸ ἀνεπιτήδευτον, ἐπείπερ τοῦτο ἐβούλετο δηλῶσαι ἢ ὡς οὐ ποιητικόν* aliisque locis. Participium *πεποιημένος* idem fere ualere, apparet de Isaeo 7, p. 597, 1 R., quo loco *τὰ π.* opponuntur *τοῖς αὐτοφυέσιν* ('quae cum artificio elata sunt, contraria simplicibus et natiuis formis' (Ern.). cf. Rhet. ad Herenn. II 47: 'facta enim et dedita opera comparata oratio uidebitur artificii significandi ingeni uenditandi memoriae ostendendae causa' (u. adnotationem Kayseri ad hunc locum); Cic. or. 172: 'orationis faciendae et ornandae auctores, ad quae Pideritius: 'die *πεποιημένη λέξις*, mit oratorischem Bewußtsein kunstmäßig gebildet, im Gegensatz zu der mehr naturwüchsigen Rede'; de orat. I 63; III 184: 'oratio quae quidem sit polita atque facta quodam modo'). Admoneo etiam illius loci, quo legimus: *πεποίηται γὰρ αὐτῷ* (sc. *Λυσίᾳ*) *τὸ ἀποίητον* (de Lys. 3, p. 468, 12 R.) neque silentio praetermittendum puto, quod Ernestius l. c. s. u. adnotat apud Photium bibl. cod. 49 *λόγον πεποιημένον* esse orationem artificiosius elaboratam et ornatam adeoque ad sermonem poëticum proprius *accedentem, unde dicatur οἷον λελυμένην καὶ μέτρον ὑπερορῶσαν ποίησιν, poëtische Prosa).*

eodem sensu a Longino cognatam uocem *πλάσιν* usurpari) *οὐδὲ ἱστορικόν, ἀλλ' ὀρθὸν μᾶλλον καὶ ἐναγώνιον* et ep. ad Cn. Pomp. 4, 3, p. 44 Kr.: *τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει* ('compositionem historicam, historische Manier und Kunst im Ausdruck und Behandlung' (Ern.). Ceterum Dionysius de ui Demosth. 34, p. 1060, 9 R. illos *χαρακτῆρας τοῦ λόγου, τὸν ὑψηλὸν, τὸν ἰσχνὸν, τὸν μέσον πλάσματα* dicit. Crates [cf. Taurisc. ap. Sext. Emp. adu. math. I 654 sq. Bekk.] singulorum scriptorum distinxit *τὰς διαλέκτους καὶ τὰς διαφορὰς τῶν πλασμάτων καὶ χαρακτήρων*; Plut. de uit. et poësi Hom. 72 interpretatur *χαρακτήρ*. Praeterea cf. Procl. Chrestom. apud Phot. Bibl. cod. 239; Plut. uit. Dem. 9, ubi *πλάσμα* et *σχηματισμός* iunguntur.[1])

Reliquum est, ut de substantiuo *πλάσις* agam, quod proprie dictum de 'ipsa actione fingendi, formatione' (Steph.) metaphorico sensu de compositione et structura orationis usurpatur, uelut art. rhet. X 13, p. 310 Schott., quo loco haec Dionysii sunt uerba: *δεῖ γὰρ παρασκευάσαι τὸν ἀκροατὴν ἐν τῷ προοιμίῳ, ὡς συμφέρει τῷ ῥήτορι τὴν τοῦ παντὸς ἀγῶνος ἀκρόασιν ποιήσασθαι· ἐντεῦθεν καὶ τὰ μέτρα τῶν προοιμίων εὑρίσκομεν καὶ τὰς πλάσεις καὶ τὴν ἑρμηνείαν*. Praeterea uide Ps. Long. *π. ὕψ.* 40, 3 et quae Ern. s. u. adnotat.[2])

§ 4.

De uocabulorum *ἐκμάττεσθαι* et *ἀπομάττεσθαι* priore Bluemner l. c. II, p. 126 adn. 2 haec disserit: 'Einen Abdruck von einer Form nehmen heißt überhaupt *ἐκμάττειν*, übertragen gebraucht bei Plat. Reip. III, p. 396 D.; vom Abdrücken des Siegelrings Plat. Theaet., p. 191 D., neben dem Synonymum *ἀποτυποῦσθαι*. Daher der Ausdruck *ἐκμαγεῖον* Plat. Theaet., p. 191 E: *κήρινον ἐκμ.* (cf. p. 194 E.; 196 A.; Tim. 50 C.) . . . Doch mag der Abdruck aus Modellformen bei der Gleichheit des Verfahrens dieselbe Benennung gehabt haben. Poll. IX 130 (*καὶ εἰκόνα ἄν τις εἴποι καὶ σφραγῖδα καὶ τύπον καὶ μίμημα καὶ ἐκτύπωμα καὶ τύπωμα καὶ ἐκμαγεῖον καὶ ἐκμεμαγμένον*) nennt neben *ἐκμαγεῖον* auch *ἐκτύπωμα* und *τύπωμα*, gleichfalls platonische Ausdrücke, die aber, wie *ἐκτυποῦν*, auch von anderen, nicht

1) Etiam Demetr. de eloc. 298 ad figuras quae dicuntur orationis pertinet: *περὶ μὲν δὴ πλάσματος λόγου καὶ σχηματισμῶν ἀρκείτω ταῦτα.*

2) Uerba quoque quae art. rhet. IX 14 leguntur: εὑρεῖν πλείους τὰς *πλάσεις τῶν σχημάτων* ἢ τὰς ἁπλότητας τῶν κοινῶν λόγων digna sunt *quae commemorentur.*

durch Abdruck hergestellter Reliefarbeit gebraucht werden.' (u. Hesych. s. u. ἐκμαγῆναι: ἐκτυπωθῆναι; Suid. s. u.; Eustath. Opusc., p. 62, 17; K. O. Mueller l. c., p. 439). Imprimis in arte fingendi uocabulum usurpatum esse idem l. c. p. 144 his docet uerbis: 'Die Künstler, welche berühmte statuarische Werke behufs ihrer Studien abformten (ἐκμάττειν; exempli gratia adfertur Luc. Jup. trag. 33: πίττης γοῦν ἀναπέπλησται ὁσημέραι ἐκματτόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν)... Metaphoricus uerbi sensus est imitando exprimendi uel formandi, quod complura demonstrant loca, ut de ui Demosth. 13, p. 994, 5 R., ubi de Demosthenis oratione περὶ Ἁλονήσου haec dicuntur: ὅλος γάρ ἐστιν ἀκριβής[1]) καὶ

[1]) Hoc adiectiuum maxime ad artes spectare intellegitur Luc. π. τοῦ οἴκου 21: τῆς τέχνης τὸ ἀκριβές; imag. 17: τοῦτο πᾶν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν εἰκόνα μεταγάγωμεν ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ; Zeux. 3: τῆς εἰκόνος ταύτης ἀντίγραφός ἐστι νῦν Ἀθήνησι πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ μετενηνεγμένη; Ps. Long. π. ὕψ. 26: ἐπὶ τῆς τέχνης θαυμάζεται τὸ ἀκριβέστατον, ἐπὶ δὲ φυσικῶν ἔργων τὸ μέγεθος; 43, 2: κρατῆρες . . . ἀκριβῶς . . . ἐκπεπονημένοι. Cuius ad rhetoricam uim perspiciendam respiciatur adnotatio Reiskii ad iud. de Isaeo 20, p. 627, 3 sq.: τῶν δὲ τοὺς ἀκριβεῖς προαιρουμένων λόγους καὶ πρὸς τὴν ἐναγώνιον ἀσκούντων ῥητορικὴν . . . οὐδένα ἡγούμενος οὔτε ἀκριβέστερον οὔτε χαριέστερον γεγονέναι Λυσίου: 'ἀκριβεῖς castigatas tersas limatas adstrictas orationes, in quibus nihil inest redundans nil luxurians nil pompaticum atque histrionicum, sed ad ueritatem et necessitatem usus praesentis exacta essent omnia; has igitur opponit τοῖς μετεώροις καὶ πομπικοῖς Isocraticorum eorumque τῇ ποιητικῇ κατασκευῇ, ubi multa caudam trahunt, oblectationis aut etiam illusionis erga assuta, seueritatem necessitatis et ueritatis haud ferentia: wo man es so genau nach dem Buchstaben nicht nehmen muß'. Similis uocis cernitur significatio ep. ad Cn. Pomp. 2, 8, p. 20 Kr.: οἱ Σωκρατικοὶ διάλογοι... ἀκριβέστατοι; de ui Demosth. 5, p. 965, 6 R.: ἡ Πλατωνικὴ διάλεκτος ἀκριβής; l. c. 13, p. 994, 5. 18, p. 1006, 4 R.; de Isocr. 18, p. 576, 8 R.; de Isaeo 3, p. 589, 10. 590, 1. 16, p. 616, 10; de Dinarcho 7, p. 643, 4 R. alibi. (cf. Ioscr. IV 11: τὸν δ' ἀκριβῶς ἐπιστάμενον λέγειν ἁπλῶς οὐκ ἂν δυνάμενον εἰπεῖν et multi alii huius oratoris loci; Arist. Rhet. III 17: τὸν λόγον ἀκριβῆ; Demetr. de eloc. 14: ἡ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα ἑρμηνεία τοῖς Φειδίου ἔργοις ἤδη ἔοικεν, ἔχουσά τι καὶ μεγαλεῖον καὶ ἀκριβὲς ἅμα [u. adn. Goelleri (p. 96 ed.): 'ἀκριβές, das im Technischen Vollendete, quod artis oratoriae magistri ueteres partem δεινότητος esse statuerunt, quare hic cum μεγαλείῳ coniunctum est' et Alcid. π. σοφ. 20: τῶν ὀνομάτων οὐκ ἀκριβῶς συνεξεσμένων]; Plut. uit. X orat. (IV, p. 1015, 4 Doehn.); Cic. Brut. 8: 'accurata et facta quodam modo oratio'; 95: 'oratio accurata et polita'; Quint. VIII 3, 49 (ubi uilis oratio opponitur accuratae, ad quae Ern. lex. techn. lat. s. u. accuratus: 'uilis oratio der vernachlässigte, hingeschleuderte oder gesudelte Ausdruck im Gegensatz des sorgfältig bearbeiteten'); 3, 14: 'accuratius dicendi genus'. Etiam substantiuo ἀκρίβεια, cuius qui primarius sit sensus perspicimus Dionys. de c. u. 25, p. 410 Sch.; Luc. Zeux. 3 aliisque locis, Dionysius haud raro ad exactam curam et diligentiam, qua

λεπτὸς καὶ τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται εἰς ὄνυχα (etiam hoc εἰς ὄνυχα ad artem fingendi pertinet); l. c. 4, p. 963, 10 R.:

---

rhetores in oratione facienda utuntur, significandam utitur: de c. u. 23, p. 171 Sch.: αἱ τῶν ἁρμονιῶν ἀκρίβειαι 'elegantia et delectus in structura uerborum et compositione ad uenustatem et perfectionem orationi conciliandam' (Ern., qui addit τὴν ἀκρίβειαν sic opponi τῷ σχεδιάζειν Philostr. uit. soph. II, p. 581 (Kays. II, p. 86): ἐπὶ δὲ τὸ σχεδιάζειν μὴ ἑπομένης αὐτῷ τῆς φύσεως ἀκριβείας ἐπεμελήθη i. e. cum ad dicendum ex tempore naturam minus obsequentem haberet, in elaborandis cum cura orationibus animum applicuit); de uet. script. c. 2, 6, p. 420, 13 R. ἀκρ. τῶ νὀνομάτων ('accurata uerborum electio' Ern. U. Alcid. π. σοφ. 16: μετ' ἀκριβείας καὶ ῥυθμοῦ τὰ ῥήματα συντιθέναι; 25: ἀκρίβειαι τῆς τῶν ὀνομάτων ἐξεργασίας), l. c. 3, 1, p. 424, 8 R.; de Din. 7, p. 463, 4 R.; de Lys. 13, p. 482, 2 R. ἀκρ. τῆς διαλέκτου (in numero τῶν περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀγαθῶν τοῦ ῥήτορος habetur); de Isocr. 11, p. 556, 3 R.; de ui Demosth. 4, p. 962, 13 R.; de c. u. 13, p. 993, 14 R.: δῆλός ἐστι (sc. Δημοσθένης) περὶ καλλιλογίαν καὶ σεμνότητα καὶ πάσας τὰς ἐπιθέτους κατασκευὰς μᾶλλον ἐσπουδακὼς ἢ περὶ τὴν ἀκρίβειαν, (cf. Alcid. π. σοφ. 12: οἱ εἰς τὰ δικαστήρια τοὺς λόγους γράφοντες φεύγουσι τὰς ἀκριβείας καὶ μιμοῦνται τὰς τῶν αὐτοσχεδιαζόντων ἑρμηνείας; 33: οὐ γὰρ τοσαύτην ὠφέλειαν αἱ τῶν γραπτῶν λόγων ἀκρίβειαι παραδιδόασιν, ὅσην εὐκαιρίαν αἱ τῶν ἐκ τοῦ παραχρῆμα λεγομένων δηλώσεις ἔχουσιν); de c. u. 9, p. 110 Sch. ἀκρ. τῶν κώλων. (cf. praeterea Plat. Euthyd., p. 288 A.; Aristot. Rhet. III 12; Demetr. de eloc. 222. 274; Cic. Brut. 238: 'in inueniendis componendisque rebus mira accuratio'. Neque desunt apud Dionysium uerba ἀκριβοῦν, διακριβοῦν, ἀπακριβοῦν, quorum primum primaria ui 'cum diligentia fabricandi' usurpatum legimus Dionys. ant. rom. p. 587, 5 R.; Philostr. imag. 16: οἱ τῷ σκεπάρνῳ λεαίνοντες τὰ μήπω ἠκριβωμένα τῆς βοός (agitur de opere quodam Daedaleo), translata 'orationem uel tale quid cum studio elaborandi' de c. u. 4, p. 68 Sch.: τούτου (sc. τοῦ Χρυσίππου) ἄμεινον οὐδεὶς τὰς διαλεκτικὰς τέχνας ἠκρίβωσεν; l. c. 23, p. 360 Sch.: ἀκρ. ἁρμονίαν; ep. ad Cn. Pomp. 3, 16, p. 39 Kr.: ἀκρ. διάλεκτον; l. c. 3, 20, p. 41 Kr.: τὸ πρέπον; de Isocr. 2, p. 537, 12 R.; ep. II ad Amm. 1, 2, p. 220 Kr.: τὰς γραφάς; de uet. script. c. 2, 11, p. 423, 9 R. Compositum διακριβοῦν primaria ui ualet 'exacta diligentia aliquid facere s. exacta aut exquisita diligentia in re aliqua uti, accuratissime et summo studio aliquid elaborare aut aliquid describere; sunt, qui interpretentur 'ad amussim facere, ad unguem facere et affabre facere' (Steph. thes.), 'exacte componere et absoluere, omni ope et exacta diligentia efficere' (Budaeus). Cuius uerbi significationis sufficiat exemplum a Stephano ex Simonide (cf. Anthol. Planud. 4, 204) adlatum: Πραξιτέλης ὃν ἔπασχε διηκρίβωσεν Ἔρωτα, cum metaphorica uis cernatur de Din. 9, p. 647, 16 R.: τοῖς μὲν οὖν γνησίοις (sc. λόγοις Δεινάρχου) αὐτὸ τὸ τῆς ἀναγραφῆς προςέσται μόνον, τοῖς δὲ ψευδέσι τὰ τοῦ τ'ἐλέγχου καὶ τῆς αἰτίας διηκριβωμένα, δι' ἣν ἕκαστον ἀθετοῦμεν αὐτῶν (cf. Plat. Theat. p. 184 D.; Polit. p. 292 C.; Isocr. epist. 6, 8; Arist. Eth. 10; Probl. 17, 3; Poll. Onom. VI 140). Denique uerbum ἀπακριβοῦν quid proprie significet discimus Luc. imag. 16: εἰκὼν πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη; Epigr. Anth. Pal. 342, 1: αὐτὸν Πορφύριον μὲν ἀπηκριβώσατο χαλκῷ ὁ πλάστης, ἔμπνουν οἷα τυπωσάμενος, quid figurate de uet. script. c. 5, 1, p. 432, 6 R., ubi αἱ διηγήσεις τοῦ Λυσίου habere

τὴν ἐπίθετον καὶ κατεσκευασμένην φράσιν τῶν περὶ Γοργίαν ἐκμέμαχε (sc. Ἰσοκράτης), quo loco haud scio an ἐκμέμακται dicendum sit, cum actiuum genus uerbi alibi apud Dionysium non legatur; ceterum in actiua forma iam Krueger offendit (p. 48 adn.) ep. ad Cn. Pomp. 5, 3, p. 48 Kr.: τῆς δὲ λέξεως, ᾗ Θουκυδίδης κέχρηται, τὸ μὲν σημειῶδες καὶ περίεργον[1]) πέφευγε· τὸ δὲ στρογ-

---

dicuntur ἀπηκριβωμένην τὴν τῶν πραγμάτων ἔκθεσιν (cf. Isocr. Panegyr. 11; Plat. Tim. p 29 C.; Plut. praec. ger. reip. 6, p. 802 E.: περίοδος πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμένη 'ad normam et circulum exacta periodus' (Ern. l. c. qui haec addit: 'tribuitur τῇ περιεργείᾳ σοφιστικῇ i. e. putidae diligentiae et artis ὑπερβολῇ, quam nonnulli rhetorum elocutioni impendere solent, unde haec accipit molestam aequabilitatem durumque et frigidum auribus sensum soliusque artis cogitationem efficit'): Phot. bibl. 42: ἀπηκριβωμένος τὴν φράσιν ('scriptor, cuius dictio stabilem, certam, sibi perpetuo similem formam, characterem et faciem habet, quae est uirtus accuratae doctrinae et considerati studii. Contrarium uitium commemoratur: τὸ ἀνωμάλως ἔχειν πρὸς ἑαυτὸν Ern.)

[1]) Haec uox 'in compositione uerborum dicitur, ubi nimia diligentia et uerborum cura conspicua est. Sic de Lys. 3, p. 590, 3 R. huius oratoris dictionem describens: τεχνικωτέρα δόξειεν ἂν εἶναι καὶ ἀκριβεστέρα τῆς Λυσίου (sc. ἡ Ἰσαίου λέξις)· τὴν δὲ σύνθεσιν περιεργοτέρα καὶ σχηματισμοῖς διειλημμένη ποικίλοις; l. c. 14, p. 483, 6 R., ubi οἱ φορτικοὶ καὶ περίεργοι λόγοι leguntur, quibus τὸ ἀληθινὸν opponitur; de uet. script. c. 2, p. 427, 8 R., quo loco Philistus dicitur τῆς λέξεως τὸ γλωσσηματικὸν καὶ περίεργον οὐκ ἐζήλωκε Θουκυδίδου, affectatum operosoque ornatu instructum dicendi genus' (Ern. l. c.); de Isaeo 7, p 597, 10 R.: παρὰ τῷ Ἰσαίῳ πέφρασται περιεργότερον καὶ οὐ μακρὰν ἀπέχει τῆς Δημοσθένους κατασκευῆς (cum Lysiae λέξις dicatur φυσική, ἀφελής, ἀκατάσκευος, ἀποίητος, ἀνεπιτήδευτος); de Isocr. 11, p. 557, 4 sq.: ἐν τῇ συνθέσει τῶν ὀνομάτων Λυσίαν μὲν ἀφελέστερον ἔκρινον, Ἰσοκράτην δὲ περιεργότερον; de Demosth. 9, p. 979, 10 R.: περίεργος καὶ ἀσυνήθης καὶ ἐξηλλαγμένη διάλεκτος; l. c. 26, p. 1034, 11 R.: Πλάτων δέ . . . τρυφεροῖς καλλωπίζει καὶ περιέργοις σχήμασι τὴν φράσιν alibi alia. Ceterum eadem fere usurpantur ui ἐπιτετηδευμένος de Din. 7, p. 644, 13 R.; de c. u. 25, p. 396 Sch.; ἐξ ἐπιτηδεύσεως l. c. 25, p. 388 Sch.; de Lys. 8, p. 467, 15 R.; ἐκ κατασκευῆς de Isaeo 16, p 616, 3 R.; βεβασανισμένος de qua uoce alio loco agamus. Contrarium praebent sensum ἀπερίεργος (cf. de Lys. 15, p. 487, 6 R.; l. c. 9, p. 470, 8 R.; de ui Demosth. 9, p. 978, 6 R.) eiusque synonyma ἀπραγμάτευτος de Isaeo 16, p. 616, 2 R.; ἀνεπιτήδευτος de c. u. 25, p. 396 Sch.; l. c. 22, p. 296 Sch.; de Thuc. 23, 4, p. 127 Kr.; de Lys. 8, p. 468, 10 R.; frg. 21 (Roessler) (praeterea u. Luc. conscr. hist. 44 et adn. Ernest. l. c. ad h. l.); ἀποίητος, quo de adiectiuo iam disseruimus; ἀβασάνιστος, in quod postea inquiremus. Restat, ut substantiuum περιεργία perstringamus, quod respondens 'superuacuae operositati a Quintiliano VIII 3, 55 commemoratae ualet affectationem ornatus, malam sedulitatem in ornando et poliendo, ut bene Morus ad Long. 3, 4' (Ern.); sic περιεργία τῶν ὀνομάτων de ui Demosth. 56, p. 1124, 8 R. explicatur περιττὴ ἐργασία καὶ ἐξηλλαγμένη τῶν ἐν ἔθει et 35, p. 1064, 1 R. Aeschines dicitur Demostheni προστρίβεσθαι καινότητα ὀνομάτων καὶ ἀηδίαν καὶ περιεργίαν.

γύλον καὶ πικρὸν καὶ ἐνθυμηματικὸν ἐκμέμακται (sc. Φίλιστος) [ἐκμ. coni. Krueger ex μέμικται, cum Sylburgius proponat μεμίμηται aut ἐκμέμικται]; de c. u. 25, p. 378 Sch.: ὃν (sc. Δημοσθένη) ἐν τοῖς μάλιστα οἶμαι τὴν ποιητικὴν ἐκμεμάχθαι.

Compositi ἀπομάττεσθαι eadem fere est significatio et genuina, quod apparet iis, quae Bluemner II, p. 143 sq. de substantiuo ἀπόμαγμα dicit: 'Seine Hauptbedeutung aber hatte der Gyps . . . für den Bildhauer; denn kein Material ist so geeignet zu Abgüssen (ἀπομάγματα) wie dieses' (adnotat exempli gratia Theophr. 67; u. quoque Luc. Alex. 21: ἀπεμάττετο τὸν τύπον; Philostr. uit. Apoll. VI 19, p. 256: οἱ Φειδίαι δὲ καὶ οἱ Πραξιτέλεις μῶν ἀνελθόντες εἰς οὐρανὸν καὶ ἀπομαξάμενοι τὰ τῶν θεῶν εἴδη τέχνην αὐτὰ ἐποιοῦντο; Anthol. Planud. 120, 1: τόλμαν Ἀλεξάνδρου καὶ ὅλαν ἀπεμάξατο μορφὰν Λύσιππος. Compositum ἐναπομάττεσθαι a Stoicis ad explicandam φαντασίαν adhibitum legitur Diog. Laërt. VII 46: τῆς δὲ φαντασίας τὴν μὲν καταληπτικήν, τὴν δὲ ἀκατάληπτον· καταληπτικὴν μέν, ἣν κριτήριον εἶναι τῶν πραγμάτων φασί, τὴν γινομένην ἀπὸ ὑπάρχοντος κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον ἐναπεσφραγισμένην καὶ ἐναπομεμαγμένην· et 50) et figurata, ut cognoscere licet de uet. script. c. 3, 2. p. 427, 10 R., ubi de Philisto, Thucydidis imitatore, haec leguntur: τὸ δὲ στρογγύλον καὶ πυκνὸν καὶ εὔτονον καὶ ἐναγώνιον πάνυ ἀκριβῶς ἀπεμάξατο.

§ 5.

Proximum est, ut de uocabulo τύπος eiusque compositis et deriuationibus disseram. Primario adhibita sensu uox τύπος ualet uestigium et notam, quam impressit τὸ τύψαν (u. Eurip. Troad. 1196), deinde imprimis eam notam, quae impressa est nummo argenteo aureoue (cf. Hesych. s. u. Κυζικηνοὶ στατῆρες: πρόσωπον δὲ ἦν γυναικὸς ὁ τύπος) aut notas literarum tabulae lapideae aut aëneae insculptarum (u. Plut. Mor., p. 577 F.: ἴδιός τις ὁ τύπος καὶ βαρβαρικὸς τῶν χαρακτήρων ἐμφερέστατος Αἰγυπτίοις ['ubi tamen reddi etiam potest figura' Steph.] et Dion. de c. u. 25, p. 414 Sch. (cf. l. c. p. 410 Sch.; de ui Demosth. 52, p. 1114, 15 sq. R.): πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα αὐτῶν (sc. τῶν γραμμάτων) ἐκμανθάνομεν, ἔπειτα τοὺς τύπους καὶ τὰς δυνάμεις. [De impressionibus digitorum in ceris factis dicitur Diog. Laërt. VII 45: τὴν δὲ φαντασίαν εἶναι τύπωσιν ἐν ψυχῇ τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετενηνεγμένου ἀπὸ τῶν τύπων τῶν ἐν τῷ

κηρῷ ἀπὸ τοῦ δακτυλίου γινομένων.] Quid uero in arte fingendi significet, legimus Bluemner. II, p. 169 sq.: 'Sonst ist in gutem Griechisch und auch später noch der gewöhnliche Ausdruck für das Relief τύπος' [ut Herod. II 138; III 88; Eur. Phoen. 1130; Rhes. 305; Pausan. VI 23, 5; VIII 37, 1; Plin. n. h. XXXV 128. 151: 'umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater eius impressa argilla typos fecit (u. adn. Bluemneri II, p. 129 ad h. l.); apud Pausaniam saepe legi ἐν τύπῳ (ut II 19, 7), ἐπὶ τύπῳ (ut IX 11, 3), ἐπὶ τύπων (ut VIII 31, 1; Luc. Alex. 21); in uniuersum de artificiis plasticis, ut Herod. II 86; Eurip. Tr. 1074. Praeterea suo iure Bluemner addit, cum deriuatione uocis τύπος a uerbo τύπτειν illam proprie adhiberi de effigie eminente appareat, quae metallo fundendo perfecta sit, errare Max. Fraenkelium (de uerbis potioribus, quibus opera statuaria Graeci notabant diss., Lips. 1873, p. 39) dicentem primariam uocabuli τυποῦν esse uim fingendi, uocis τύπος speciei. Quam contra translatam esse significationem et uerbum τυποῦν ex substantiuo τύπος ortum esse constare], außerdem die verwandten πρόςτυπος (u. Athen. V 199 E et Plin. XXXV 152: 'Butades primus personas tegularum extremis imbricibus imposuit, quae inter initia prostypa uocauit'. Cf. praeterea Bluemn. II, p. 130 adn. 1 ad h. l.), ἔκτυπος (quae uox legitur Diod. Sic. XVIII 26; Plin. XXXVII 173; Sen. de benef. III 26), ἐκτύπωμα (u. Plat. Tim., p. 50 D; Athen. XI p. 484 D; Schol. Luc. Jup. trag. 33: οἱ γὰρ ποιοῦντες τοὺς ἀνδριάντας καὶ τὰ ἀγάλματα ἔθος εἶχον περιπλάττειν τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἑρμοῦ πίσσῃ καὶ οὕτω λαμβάνειν τὸ αὐτοῦ ἐκτύπωμα, ἵνα πρὸς αὐτὸ ποιήσωσιν), Ausdrücke, welche damit zusammenhängen, daß . . . τύπος auch die Bedeutung einer vertieften Form, aus der ein Abdruck oder dergl. genommen werden kann, erhält: doch werden die bezeichneten Worte, wenn sie auch wohl ursprünglich einen solchen Abdruck bedeuteten, auf jegliche Reliefdarstellung ohne Rücksicht auf das dazu verwandte Material übertragen, und ebenso ist die anfängliche Bedeutung von τυπόω, ἐκτυπόω, einen Abdruck aus dem τύπος nehmen (ut Plut. plac. phil. IV 20, p. 902 F; Luc. Philops. 38: δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα ἐκτυπούσης τῆς σφραγῖδος; trag. 33: θώραξ σφραγῖδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐκτυπούμενος (cf. Fraenkel. l. c. p. 40 et Bluemn. adn. 4); de uoce ἀποτυποῦν eadem fere usurpata significatione ('imitando exprimendi' Fraenkelius) cf. Plat. Theaet. p. 191 D; Diod. Sic. IV 24; Luc. Alex. 21: ἐπιθεὶς τὸν κηρὸν ἀπετύπου ὥσπερ ἐκ λίθου τὴν αὐτὴν σφραγῖδα εὖ μάλα τῷ

ἀρχετύπῳ ἐοικυῖαν[1]) (substantiuum ἀποτύπωμα legitur Plat. Theaet., p. 194 B, ἀποτύπωσις Ps.-Longin. περὶ ὕψους 13, 4) später abhanden gekommen und theils in die von erhaben darstellen (u. Xen. Equit. 1, 1; Plat. συμπ., p. 193 A: οἱ ἐν ταῖς στήλαις καταγραφὴν ἐκτετυπωμένοι (cf. K. O. Mueller. l. c. p. 465), theils in die noch allgemeinere des plastisch Formens oder des Gestaltens überhaupt (cf. Plat. leg. VI, p. 775 D; Tim., p. 50 C; Schol. Pind. Pyth. 2, 39; Poll. Onom. I 13: τὸ δὲ ἐργάσασθαι θεὸν ἔστιν εἰπεῖν καὶ ποιῆσαι καὶ μιμήσασθαι, δεῖξαι, τυπῶσαι ... ἀλλὰ καὶ κοιλᾶναι λίθον εἰς θεοῦ μορφὴν ... καὶ διατυπῶσαι καὶ διαξέσαι; Plut. Moral., p. 636 C.: καὶ γὰρ αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα τυποῦσιν) übergegangen.' Haec ultima uocabulorum fingendi uel formandi uis cum in rhetoricam translata sit, non iam dubium uideatur, quid Dionysius illis uerbis: ἱστορικὸς ἀντὶ τοῦ λογικοῦ τύπος, quae leguntur de ui Demosth. 24, p. 1030, 8 R., significare uelit; uertenda igitur sunt: 'historica pro oratoria dicendi forma.' Praeterea legimus de uet. script. c. 5, 7, p. 436, 7 sq. R.: αἱρουμένοις (Sylb. coni. ex αἱρουμένους) μήτε παρέργως τοῖς παλαιοῖς ἐντυγχάνειν ... ἀλλ' ἐπιστημόνως, ἄλλως τε καὶ κοσμήσειν μέλλουσι τὸν λόγον τοῖς παρὰ πάντων πλεονεκτήμασιν· ἃ καὶ κατ' αὐτὰ μὲν οἰκείᾳ φύσει τέρπει, εἰ δὲ καὶ κερασθείη διὰ τέχνης εἰς ἑνὸς τύπον λογικοῦ σώματος (i. e. in unius orationis formam uel in unum orationis corpus) βελτίων ἡ φράσις τῇ μίξει γίνεται; de Isocr. 3, p. 540, 8 R.: τοῖς αὐτοῖς τύποις τῶν σχημάτων (i. e. iisdem figurarum formis) τὰς περιόδους περιλαμβάνειν 'die Perioden gleichsam über einen und denselben Leisten schlagen, nach einerlei Schnitt arbeiten' (Ern.); ep. ad. Cn. Pomp. 3, 15, p. 38 Kr.: καὶ κατὰ μὲν τὸν πραγματικὸν τύπον ἥσσων ἐστὶν Ἡροδότου διὰ ταῦτα Θουκυδίδης, κατὰ δὲ τὸν λεκτικὸν τὰ μὲν ἥσσων, τὰ δὲ κρείσσων, τὰ δ' ἴσος; l. c. 4, 3, p. 44 Kr.: καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ (sc. Ξενοφῶντι) τοιοῦτος· ὁ δὲ λεκτικὸς πῇ μὲν ὅμοιος Ἡροδότου, πῇ δὲ ἐνδεέστερος i. e. meo quidem iudicio 'orationis forma, quatenus ad res gestas pertractandas pertinet, idem ualens ac narrandi ratio, contra eam, quae ad dicendi rationem

---

[1]) De composito ἐναποτυποῦν uide Diog. Laërt. VII 50: οὐ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν οἱονεὶ τύπον σφραγιστῆρος (dicitur de φαντασία, quam Stoici interpretantur τύπωσιν τῆς ψυχῆς), ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ περὶ τὸ αὐτὸ γίνεσθαι· νοεῖται δὲ ἡ φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη καὶ ἐναποτετυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη ...

spectat'[1]), ut male interpretetur Ernestius 'ea pars libelli, quae' etc. ad quam uersionem sine dubio perductus est, quod alibi legitur *τόπος πραγματικός* et *τ. λεκτικός*, ut de c. u. 1, p. 814 Sch.: *οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι οὐ μικρὰν φροντίδα τοῦ λεκτικοῦ τόπου πεποιημένοι;* p. 22 Sch.: *τὰ περὶ τὸν λεκτικὸν τόπον θεωρήματα;* ep. ad Cn. Pomp. 6, 10, p. 57 Kr.: *κατὰ τὸν πραγματικόν τόπον ἁμαρτάνειν.* Sed Henr. Stephanus schediasm. II 14 lectori considerandum reliquit, an non *τύπου* nomen his locis restituendum sit. Quam Stephani sententiam ualde probandam censeo et quod *τύπος πραγματικός* et *τύπος λεκτικός* multo melius, quod Dionysius dicere uult, significant et quod pro uocabulo *τύπος* perfacile neglegentia librariorum *τόπος* scribi poterat. Ceterium commemoratione dignum uidetur legi pro *τύπος* etiam *τρόπος*, ut de Isocr. 4, p. 542, 11 (ubi Wolfius mauult *τύπῳ*); de Dinarcho 6, p. 641, 11: *ὁ δ'Ὑπερείδης κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων ἡττᾶται Λυσίου, κατὰ δὲ τὸν πραγματικὸν τρόπον διαφέρει;* de ui Demosth. 51, p. 1112, 15, Sch.: *τοῦ λέγειν εὖ διττὴ ἡ διαίρεσίς ἐστιν εἴς τε τὸν πραγματιπόν τρόπον καὶ εἰς τὸν λεκτικόν* (cf. ep. ad Cn. Pomp. 2, 15, p. 24 Kr.: *οὐκ ἔστι μεγάλων ἐπιτυχεῖν ἐν οὐδενὶ τρόπῳ μὴ τοιαῦτα τολμῶντα*, ubi Krueger uertit 'in nullo dicendi genere'), *χαρακτήρ* (u. de Lys. 15, p. 485, 13 R.; ep. ad Cn. Pomp. 4, 1, p. 42; 6, 9 p. 56 Kr.), *ἰδέα* (cf. ep. ad Cn. Pomp. 3, 15, p. 37 Kr.; de Thuc. 21, p. 125 Kr.[2]). Ne diutius disseram de substantiuo *τύπος*, uideamus, quibus locis Dionysius uerba *ἐκτυποῦν* et *ἀποτυποῦν*[3]) figurata ui usurpet (simplex enim *τυποῦν* uno modo loco eoque primario sensu legitur: de uet. script. c. 1, p. 417, 12 R.: *καὶ τὸν τῆς πολυμαθείας ἔρανον συλλέγοντι οὐκ ἐξίτηλον*

---

[1]) Sic *τύπος ἐπιστολικός* Demetr. *π. ἑρμ.* 230: 'methodus epistolae scribendae, der Briefstil, die Manier, welche der Brief erfordert' (Ern.).

[2]) *Μέρος πρ.* et *λ.* legitur de Thuc. 21, p. 125 Kr. et 24, 1, p. 163 Kr. Ceterum *τύπος* etiam apud Caecilium legitur (fr. 18 ed. Burckhardtius: *ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον.*

[3]) Compositi *διατὺποῦν* metaphoricam cernimus significationem art. rhet. II 6 legentes: *εἶτα διατυπωτέον λόγῳ.* Neque omittendum uidetur substantiuum *διατύπωσις*, quod Caecilius Tiberio (c. 43) quidem auctore in numero duxit *τῶν τῆς διανοίας σχημάτων: ἡ δὲ διατύπωσις ὁτὲ μὲν ὑπομιμνήσκει τῶν γεγενημένων ἐνεργειῶν καὶ ἑκάστων ἐξαριθμουμένων τῶν μερῶν . . . καὶ πάλιν ἡ διατύπωσις ἐπὶ τὴν θέαν ἄγει τῶν οὐχ ἑωραμένων . . . τρίτος ὅρος διατυπώσεως, ὅταν τὰ μὴ γεγονότα διατυπούμενοι εἰςάγωμεν καθ'ὑπόθεσιν, οἷον τί ἂν ἐγένετο καὶ τί ἂν ἐπράχθη ὡς δεινὰ καὶ φοβερά.*

χρόνῳ γενησομένην εἰκόνα τυποῦν (sc. *πάρεστί σοι*), *ἀλλ' ἀθάνατον τέχνης κάλλος, ἵνα τ' ἐκδήλους καὶ σαφεῖς τοῖς ἀκροωμένοις τὰς ἐκλογὰς ἔχῃ τὸ μίμημα*). Priore igitur uocabulo Dionysius utitur art. rhet. X 17, p. 318 Sch.: *καὶ οἱ μὲν ποιηταὶ καὶ ἱστορικοὶ τὰ συμβεβηκότα τόποις τισὶ καὶ προςώποις ἐκτυποῦντες, ὡς ἐγένετο, οἱ δὲ μελετῶντες ῥήτορες, οὐκ ἔχοντες ὁμολογουμένην οὐδὲ ἰδίαν τὴν τῶν πραγμάτων ἰδέαν αὐτοῖς ἀναπλάττουσι λοιμῶν . . . ὄψεις* et de uet. script. c. 2, 1, p. 418, 2 R.: *τῆς μὲν Ὁμηρικῆς ποιήσεως οὐ μίαν τινὰ τοῦ σώματος μοῖραν, ἀλλ' ἐκτύπωσαι τὸ σύμπαν* [apud Isocratem (XIII 18) legimus: *τοὺς ἐκτυπωθέντας καὶ μιμήσασθαι δυναμένους εὐθὺς ἀνθηρότερον καὶ χαριέστερον τῶν ἄλλων φαίνεσθαι λέγοντας*], cum alterius compositi significatio rhetorica perspiciatur de Din. 8, p. 645, 14 sq. R.: *οἱ δ' Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες* 'qui Isocratis characterem exprimere uoluerunt' (Reiskius). Neque dubium uidetur, quin uocabulo *τυποῦν* eiusque compositis in latina lingua respondeat uerbum exprimendi, cuius genuinam praebet uim praeter alia loca Hor. ep. II 1, 248: 'nec magis expressi uultus per aënea signa' et art. poët. 33: 'faber imus et unguis exprimet et mollis imitabitur aere capillos' (imitari idem fere ualere quod exprimere docet Krueger adn. ad h. l.: 'imitari ist der technische Ausdruck für das naturgetreue Nachbilden oder Abbilden, das Herstellen eines Abbildes, einer imago) eiusque translata significatio intellegitur Cic. de or. II 90: 'tum accedat exercitatio, qua illum, quem delegerit, imitando effingat atque exprimat' ('ein getreues Abbild giebt' Pideritius); III 47: 'quae autem sunt aut tua plane aut imitatione ex aliquo expressa'; or. 3: 'si eum oratorem, quem quaeris, expressero' ('expr. eigentlich von der Form, welche in dem weichen Stoffe abgedrückt wird, dann von jeder Darstellung, welche ihren Gegenstand genau wiedergiebt' Jahnius); 19: 'quem si imitari atque exprimere non possumus' ('imitari drückt das Bestreben des darstellenden Künstlers aus, das auf sein Vorbild gerichtet ist, exprimere geht auf die thatsächliche Uebereinstimmung des Abbildes mit dem Muster' Jahn.); 8: 'sed ego sic statuo nihil esse iu ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius it sit, unde illud ut ex ore aliquo quasi imago exprimatur, quod neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest, cogitatione tamen et mente complectimur'[1]). Superest, ut ad uocabulum *ἀρχέτυπον* animos conuertamus, quod proprie ualet 'exemplar primigenium uel formam

---

[1]) *cf. praeterea* Plin. XXXIV 7, 16. 8, 4. 6. 7; XXXV 12, 44.

primigeniam' (Bud.), 'quasi *ἀρχὴν τοῦ τύπου*, ut principium *τύπου* appelletur, typus initio factus et omnium primus' (Steph.). Cuius primarii uocis sensus complura adferre mihi liceat exempla ex Luciani scriptis deprompta; sic Zeux. 3 leguntur: *τῆς εἰκόνος ταύτης ἀντίγραφός ἐστι νῦν Ἀθήνησι πρὸς αὐτὴν ἐκείνην ἀκριβεῖ τῇ στάθμῃ μετενηνεγμένη· τὸ ἀρχέτυπον δὲ αὐτὸ Σύλλας ἐλέγετο... εἰς Ἰταλίαν πεπομφέναι*; π. τοῦ οἴκου 23: *ἑξῆς δὲ μετὰ τήνδε τὴν εἰκόνα ἕτερον δρᾶμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν*; Alex. 21: *ἀνετύπου ὥσπερ ἐκ λίθου τὴν αὐτὴν σφραγῖδα εὖ μάλα τῷ ἀρχετύπῳ ἐοικυῖαν*; Prom. 3: *τὸ καινουργὸν τοῦτο ἐπαινῶν καὶ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον*; imag. 3: *ἐγὼ δὲ λυμανοῦμαι τὸ ἀρχέτυπον ἀσθενείᾳ τῆς τέχνης.* Uocem omnino de omnibus artibus dici neque primum eius et proprium usum in imaginibus esse, quod Stephanus docet, cognoscimus de Din. 7, p. 644, 11 sq. R., ubi haec Dionysii sunt uerba: *πᾶσι τοῖς ἀρχετύποις αὐτοφυής τις ἐπιπρέπει χάρις καὶ ὥρα· τοῖς δ' ἀπὸ τούτων κατεσκευασμένοις κἂν ἐπ' ἄκρον μιμήσεως ἔλθωσιν, πρόςεστι ὅμως τὸ ἐπιτετηδευμένον καὶ οὐκ ἐκ φύσεως ὑπάρχον· καὶ τούτῳ τῷ παραγγέλματι οὐ ῥήτορες μόνον ῥήτορας διακρίνουσιν, ἀλλὰ καὶ ζωγράφοι τὰ Ἀπελλοῦ καὶ τῶν ἐκεῖνον μιμησαμένων καὶ πλάσται τὰ Πολυκλείτου καὶ γλυφεῖς τὰ Φειδίου.* Figurata uocabuli significatio elucet de Isaeo 20, p. 628, 7 R.: *ὥσπερ ἀρχέτυπον ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα* (sc. *Λυσίαν*) *ταύτης τῆς προαιρέσεως τῶν λόγων ἐποιησάμην κανόνα*; l. c. 11, p. 604, 8 R.: *τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τὸν μὲν Λυσίου 'νέον' καὶ 'ἰδιώτην' . . . ἀρχέτυπόν τινα εἶναι τῆς ἀληθείας διαφέροντα ἐκείνης οὐδ' ὁτιοῦν· τὸν ἕτερον δὲ ἀπόγραφόν τινα καὶ οὐ λανθάνοντα, ὅτι πέπλασται ῥητορικῇ τέχνῃ*; de Din. 6, p. 642, 9 R.: *πολὺ γὰρ ἐμφαίνει μιμήσεις τε καὶ αὐτός, ὥσπερ τῶν λόγων ἀρχέτυπον διαφόρων* (sc. *Δείναρχος*). Ad hoc *ἀρχέτυπον* illud quoque spectare uidetur, quod legitur Cic. or. 3: 'neque denique esse in ullo genere quidquam tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud exprimatur'.

§ 6.

Sed satis demonstratum esse arbitratus, quae uocabuli *τύπος* eiusque deriuatorum et primaria et metaphorica sit uis, nunc uocem *χαρακτήρ* pertractabo idem fere ualentem quod *τύπος*, *cum genuino* sensu significet 'notam impressam, insculptam, in-*scriptam, ut signa,* quae nummis aureis argenteisue aut aereis

imprimuntur et notae literarum, [sic apud Stoicos, quod tradit Diog. Laërt. VII 56: *τριχῶς δὲ λέγεται τὸ γράμμα τό τε στοιχεῖον ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου καὶ τὸ ὄνομα*] quae caelo inciduntur lapidi, aeri aut alii metallo uel stilo insculpuntur tabulae ceratae aut calamo inscribuntur libro aut papyro, quod *χάραγμα* quoque uocatur (Steph.). Operae pretium sit ex exemplis huius genuini uocis sensus, quae Stephanus adnotat, complura eligere: Plat. Polit. p. 289 B: *ἡ τοῦ νομίσματος ἰδέα καὶ σφραγίδων καὶ παντὸς χαρακτῆρος;* Arist. Oec. II 20: *ἐπικόπτειν χαρακτῆρα*, notam imprimere et signum; Luc. Hermot. 44: *τί γάρ, εἰ μηδὲ γράμματα γράφοιμεν ἐπὶ τῶν κλήρων, ἀλλά τινα σημεῖα καὶ χαρακτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων;* Plut. adu. Colot. p. 1120 F: *οἱ* (sc. *παῖδες*) *τοὺς χαρακτῆρας ἐν τοῖς πυξίοις ἐθιζόμενοι λέγειν*; de deo Socr. p. 577 E: *ἴδιός τις ὁ τύπος καὶ βαρβαρικὸς τῶν χαρακτήρων*; Moral. p. 214 F: *χ. γραμμάτων* (cf. Cic. or. 36: 'sed in omni re difficillimum est formam, quae *χαρακτήρ* Graece dicitur, exponere optumi, quod aliud aliis uidetur optimum', ad quae Jahnius adnotat: '*χαρακτήρ* das Gepräge, durch welches die Münze bestimmten Werth und Geltung bekommt, lat. gewöhnlich nota; Cic. übersetzt es durch forma, um nicht den Gedanken an ein einzelnes charakteristisches Merkmal zu erwecken, da es ihm auch hier um das vollständige Bild des Ganzen zu thun ist. Vielleicht hatte er die Stelle des Plato (Phaedr. p. 263 B) im Sinne: *πρῶτον μὲν δεῖ . . . εἰληφέναι τινὰ χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἴδους* et 46: 'idemque (sc. Aristoteles) locos, sic enim appellat, quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio', ubi Jahnius uocem 'notas' sic interpretatur: 'den Stempel, das Gepräge, nach welchem sie erkannt und bestimmt werden'). Neque mirum, quod ne metaphoricus quidem uerbi, de quo agitur, usus a uocabulo *τύπος* abhorret. Primum enim in uniuersum significat formam (u. Pideritii ind. uerb. ad Cic. or. s. u. species: 'Während species das Bild in seiner Erscheinung oder als Erscheinung bezeichnet . . . ist forma mehr das Bild in seiner plastisch ausgeprägten Gestalt und Schönheit, daher 36: 'forma qui *χαρακτήρ* Graece dicitur', 134: 'sed iam forma ipsa restat et *χαρακτήρ* ille qui dicitur' (u. adnotationem Pideritii ad forma 'die eigentlich stilistische Form, der stilistisch vollendete Ausdruck, in dem sich der Gedanke in vollkommener Schönheit ausprägt und der darum das eigentlich charakteristische Kennzeichen des vollkommenen *Redners* ist', 90: 'hanc ego iudico formam summi *oratoris*', 74: 'forma dicendi', 92: 'plurimumque est in hac ora-

tionis forma suauitatis' 'soviel als in hoc genere dicendi medio, wie 74 forma dicendi Redeform oder Stilgattung'), ut si legimus: Ἰσοκράτην μὲν καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀγωγῆς ἐκείνης ἐάσω de ui Demosth. 23, p. 1024, 3 R.; ὁ τῆς ἁρμονίας αὐτοῦ (sc. Δημοσθένους) χαρακτήρ l. c. 36, p. 1066, 1 R. (cf. l. c. 38, p. 1069, 3; 39, p. 1075, 5; de c. u. 11, p. 118 Sch.); τίνες αἱ γενικώταται αὐτῆς (sc. τῆς συνθέσεως) εἰσι διαφοραὶ καὶ τίς ἑκάστης χαρακτήρ de c. u. 1, p. 16 Sch. (u. l. c. 1, p. 16 Sch.; 21, p. 288 Sch; de ui Demosth. p. 1096, 7. 1098, 14. 1106, 11. 1107, 1 R.); ἡ λέξις τοιοῦτόν τινα χαρακτῆρα ἔχει de Isocr. 2, p. 537, 10 R. (cf. l. c. p. 584, 2 R.; de Lys. 11, p. 477, 2 R.; de ui Dem. 4, p. 962, 10 R.; 50, p. 1109, 13 R.; ep. II ad Amm. 2, 7, p. 223 Kr.; de c. u. 3, p. 38 Sch.; de Lys. 31, p. 525, 11 R. (τοῦ λόγου χαρακτήρ); de Thuc. 3, 1, p. 66 Kr.; ep. ad Cn. Pomp. 1, 5, p. 6 Kr.; de Isaeo 18, p. 624, 10 R.); ὁ τῆς διαλέκτου χ. de c. u. 4, p. 56 Sch. (u. de Thuc. 5, 4, p. 70; 23, 5, p. 127; 43, 2, p. 188 Kr.; de ui Demosth. 33, p. 1058, 16 R.; ep. ad Cn. Pomp 2, 16, p. 39 Kr.); ὁ τῆς ἑρμηνείας χ. de Lysia 19, p. 626, 11 R.; ὁ τῶν ἀποδείξεων χ. l. c. 26, p. 511, 10 R; χ. πραγματικὸς καὶ λεκτικός ep. ad Cn. Pomp. 4, 1, p. 42; 6, 8, p. 56 Kr.; deinde dicitur tamquam de nota, quae orationi impressa est i. e. de forma dicendi, ut Λυσίου χ. de Isocr. 18, p. 576, 8 R.; Λυσιακός, Ὑπερείδου, Δημοσθενικὸς χ. de Din. 5, p. 640, 1 sq (cf. de Lys. 10, p. 472, 1 R.); Θουκυδίδου χ. de Thuc. 21, p. 125 Kr. (u. l. c. 23, 1, p. 127; 55, 1. p. 214 Kr.; ep. II ad Amm. 1, 1, p. 219 Kr.; ep. ad Cn. Pomp. 2, 8, p. 20 Kr.; fr. 15 [Roessler]); Σωκρατικὸς χ. de ui Demosth. 23, p. 1025, 5 R.; Δημοσθένους χ. l. c. 9, p. 981, 11 R. (cf. de Din. 1, p. 632, 11 R.; de ui Dem. 58, 1127, 15 R.); τοῦ ῥήτορος χ. de Isocr. 20, p. 585, 14 R.; Δεινάρχου χ. de Din. 1, p. 630, 7 R.; ὁμοιότης τοῦ χ. de uet. script. c. 1, 1, p. 416, 2 R.; σχολικοὶ χ. de ui Dem. 46, p. 1099, 12 R. Hoc loco commemorandum est de ea quoque forma dicendi uocabulum χαρακτήρ dici, quae alicuius propria est eaque uis oratoris optime perspici potest, ut non sit mirandum, quod de Lys. 12, p. 478, 3 R. uocem illam cum κανών coniunctam legimus; haec enim sunt uerba: ὃν (sc. τὸν περὶ τῆς Ἰφικράτους εἰκόνος λόγον) οἶδ' ὅτι πολλοὶ καὶ χαρακτῆρα ἡγήσαιντο ἂν καὶ κανόνα τῆς ἐκείνου (sc. Λυσίου) δυνάμεως. Denique tres potissimum distinguuntur χαρακτῆρες, 'tria genera, in quibus omnis *oratio non uitiosa* consumitur' (Cornif. Rhet. ad Herenn. IV 8, *11), 'genera dicendi'* (Cic. or. 21, 69), ut de ui Demosth. 33, p.

1059, 10 R. perspicitur: *τρεῖς χαρακτῆρες οἱ γενικώτατοι ὅ τε ἰσχνὸς καὶ ὁ ὑψηλὸς καὶ ὁ μεταξὺ τούτων.* Praeterea uide de ui Demosth. 8, p. 974, 6. 975, 16. 982, 1. 996, 12. 1060, 1 R.; de Isaeo 2, p. 588, 8 R.; ep. ad Cn. Pomp. 5, 1, p. 45; de c. u. 4, p. 58 Sch.; de Thuc. 3, 5, p. 67; 25, 1, p. 132; 50, 1, p. 204 Kr.; ep. II ad Amm. 1, 2, p. 220; 2, 2, p. 221 Kr. alia [de quattuor *ἁπλοῖ χαρακτῆρες, ἰσχνὸς μεγαλοπρεπὴς γλαφυρὸς, δεινός* disputat Demetr. de eloc. 36. Ceterum iam Antisthenes secundum Diog. Laërt. VI 15 scripsit librum *περὶ λέξεως ἢ περὶ χαρακτήρων* et Crates (uide Taurisc. ap. Sext. Emp. adu. math. I 654 sq. Bekk.) singulorum scriptorum distinxit *τὰς διαλέκτους καὶ τὰς διαφορὰς τῶν πλασμάτων καὶ χαρακτήρων*]. Quos *χαρακτῆρας* tamquam regulas uel *κανόνας* rhetori esse Dionysius docet de ui Demosth. 8, p. 974, 11 R.: *ἀπὸ τούτων τῶν χαρακτήρων καὶ παρὰ τούτους τοὺς κανόνας*[1]) *τὰς ἑαυτῶν λέξεις κατεσκεύασαν* (sc. Antiphon, Theodorus, Polycrates alii). (Respiciatur etiam Richardus Uolkmannus, qui in libro qui inscribitur 'Rhetorik der Griechen und Roemer', Lips. 1885², p. 532 sq. accuratissime de *χαρακτῆρες φραστικοὶ τοῦ λόγου* egit.)

Restat, ut in adiectiuum *χαρακτηριστικός* inquiramus figurato sensu de eo usurpatum, quod oratoris orationisue proprium est, ut scribit Dionysius: *ἐκδηλότατα δ'αὐτοῦ καὶ χαρακτηριστικώτατά ἐστι τό τε πειρᾶσθαι δι'ἐλαχίστων ὀνομάτων*

---

1) Haud alienum a proposito sit hoc loco de uoce *κανών* agere, cuius de primario sensu in arte sordida usurpato disserit Bluemner l. c. II, p. 233. Huius significationis exempla sufficiant Plat. Phil. p. 56 B.: *κανόνι γὰρ οἶμαι καὶ τόρνῳ χρῆται καὶ στάθμῃ* (sc. *ἡ τεκτονική*); Aesch. Ctes. p. 588 (or. III 199): *ἐν τῇ τεκτονικῇ ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μή, τὸν κανόνα προςφέρομεν, ᾧ διαγιγνώσκεται;* Luc. Icarom. 14: *τοὺς τέκτονας . . . πρὸς τοὺς κανόνας ἀπευθύνοντας τὸ ξύλον.* De metaphorica uocabuli ui cf. Georgius Steffenius, de canone qui dicitur Aristophanis et Aristarchi diss., Lips. 1876, p. 12 adn. 7, ubi haec leguntur: *κανών*, cuius propria est notio norma fabrorum, translata quamlibet significat regulam itaque praeceptum quoque denotat, quo uia artis uel disciplinae legendae datur, uelut regulae grammaticae, ad quas locutio dirigatur oportet, dicuntur *κανόνες* . . . apud scriptores ueteres semper est norma uel regula'. Ui rhetorica Dionysius usurpat uocem art. rhet. XI 1, p. 324 Sch.: *δεῖ δὲ ὥσπερ κανόνα εἶναι καὶ στάθμην καὶ δοκίμιον, πρὸς ὅ τις ἀποβλέπων δυνήσεται τὴν κρίσιν ποιεῖσθαι;* de Thuc. iud. 9, 7, p. 82 Kr.: *οὐκ ὀρθὸς ὁ κανὼν οὗτος* 'quo secundum hiemes et aestates res enarrauit Thucydides' Krueg.); l. c. 1, 1, p. 62 Kr.: *ἵνα τοῖς προαιρουμένοις γράφειν τε καὶ λέγειν εὖ καλοὶ καὶ δεδοκιμασμένοι κανόνες ὦσιν, ἐφ'ὧν ποιήσονται τὰς κατὰ μέρος γυμνασίας;* de ui Dem. 44, p. 1094, 8 R.: τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων *ἐπὶ τοὺς ὀρθοὺς κανόνας ἀναφέρειν;* de Thuc. 35, 1, p. 164 Kr.: ἐπὶ

πλεῖστα σημαίνειν πράγματα καὶ πολλὰ συντιθέναι νοήματα εἰς ἕν ep. II ad Amm. 2, 6, p. 223 Kr.; κἀκεῖνό τινες οἱ μὲν ὡς χαρακτηριστικόν, οἱ δ'ὡς ἁμάρτημα τοῦ ῥήτορος ἐσημειώσαντο de ui Dem. 58, p. 1127, 7 R.; ταῦτα γάρ ἐστιν ἐκείνου χαρακτηριστικὰ τοῦ πλάσματος παρ'αὐτῷ l. c. 34, p. 1061, 7 R.; ταύτην μέντοι κρατίστην τε ἀρετὴν καὶ χαρακτηριστικωτάτην τῆς Λυσίου λέξεως ἔγωγε πείθομαι de Lys. 11, p. 476, 3 R. (cf. l. c. 13, p. 481, 11 R.; de ui Demosth. 34, p. 1061, 2 R.) Alibi eadem ui χαρακτηρικός usurpatur, ut ep. ad Cn. Pomp. 6, 7, p. 55 Kr.; de Thuc. 24, 5, p. 131 Kr.: ἐκδηλότατα δ'αὐτοῦ καὶ χαρακτηρικώτατα ('rectius χαρακτηριστικώτατα, ut supra' [ep. II ad Amm. 2, 6] Sylb.); de ui Demosth. 39, p. 1071, 9 R. (u. l. c. p. 1073, 3. 1079, 1. 1111, 12 R.).

§ 7.

Circumspicienti mihi, quod praeter ea, quae iam pertractaui, uocabulum ex arte fingendi ductum a Dionysio metaphorica significatione usurpatum sit, uox εἰκών oblata est, de qua Bluemner l. c. II, p. 182 disputat, cuius haec repeto uerba: 'εἰκών ist jegliche Nachbildung von lebenden Wesen oder Dingen, möge es ein Werk der Malerei oder Plastik... sein. Da der Begriff der Nachahmung oder der Aehnlichkeit darin liegt, so wird εἰκών gewöhnlich von Darstellungen wirklicher Persönlichkeiten oder

---

πάντων τῶν θεωρημάτων κανόνας ὑποτίθεσθαι; l. c. 34, 5, p. 164 Kr.: τὸ ἐν τῷδε ἢ τῷδε πλεονάζειν χαρακτῆρι ποίοις τισὶν ὁρίζει κανόσιν (sc. Δημοσθένης); de Lys. 24, p. 500, 4 R.: οἱ κανόνες οἱ τῶν τεχνῶν ('praecepta artis rhetoricae' (Ern), ad quae orationem dirigi oportet, idem fere quod παραγγέλματα; cf. de Din. 7, p. 644, 15 R. et de Lys. 18, p. 492, 15 R.); de ui Dem. 26, p. 1035, 13 R.: ἀνήρ, ᾧ κανόνι ὀρθοεπείας χρήσασθαι ἀξιοῦμεν (de Platone); l. c. 23, p. 1024, 9 R: ὅρος καὶ κανὼν καθαρῶν ἅμα καὶ ἰσχυρῶν λόγων; l. c. 1, p. 955, 13 R.: ὅρος καὶ κανὼν τῆς λέξεως ἐξηλλαγμένης (de Thucydide); ep. ad Cn. Pomp. 3, 16, p. 40 Kr.: ἄριστος κανὼν τῆς Ἀτθίδος (de eodem); de Thuc. 2, 3, p. 65 Kr.: κανὼν τῆς ἱστορικῆς πραγματείας καὶ τῆς περὶ τοὺς πολιτικοὺς λόγους δεινότητος ὅρος (de eodem); de Lys. 2, p. 454, 8 R.: τῆς Ἀττικῆς γλώσσης ἄριστος κανών (de Lysia); l. c. 18, p. 492, 8 R.: ἐν δὲ τῷ διηγεῖσθαι τὰ πράγματα... ἀναμφιβόλως ἡγοῦμαι κράτιστον αὐτὸν (sc. Λυσίαν) εἶναι πάντων τῶν ῥητόρων ὅρον τε καὶ κανόνα τῆς ἰδέας ταύτης αὐτὸν ἀποφαίνομαι; de Isaeo 20, p. 628, 6 sq. R.: τούτων δή φημι τῶν ἀνδρῶν... διαφέρειν οἰόμενος Λυσίαν καὶ ὥσπερ ἀρχέτυπον ὑπογράφων ὑπερέχειν ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα ταύτης τῆς προαιρέσεως τῶν λόγων ἐποιησάμην κανόνα; ep. ad Cn. Pomp. 3, 16, p. 39 Kr.: τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών (de Herodoto).

Vorgänge, nur selten für Götterfiguren gebraucht ... Quomodo postea factum sit, ut substantiuum εἰκών imprimis in arte fingendi usurparetur, exponit Schubartius in commentatione, quae inscribitur 'Zur Polychromie der Kunst' (in nou. ann. phil. et paed. uol. 109) his uerbis: 'Ursprünglich bedeutete das Wort εἰκών Bild, Abbild, Ebenbild, ohne Rücksicht auf Stoff oder Technik; da aber diese Werke vorzugsweise Werke der Sculptur waren, wurde auch hier der Begriff der Statue in ganzer und halber Figur der herrschende, so daß bei Pausanias die Wörter ἀνδριάς und εἰκών nicht selten wechseln' (cf. etiam Uoelckelius, archaeol. Nachlass, p. 93 et M. Fraenkelius l. c. p. 35 sq.) ... Genuina uocabuli ui inlustrata iam ad figuratam animos conuertamus, quae de uet. script. c. 1, 1, p. 417, 12 R. (quem locum iam supra protuli) sic inuenitur, ut propria eluceat significatio. Praeterea Dionysius dicit fecisse Isocratem τὴν ἑαυτοῦ σχολὴν τῆς Ἀθηναίων πόλεως εἰκόνα κατὰ τὰς ἀποικίας τῶν λόγων de Isocr. 1. p. 536, 15 R., uocat τοὺς λόγους εἰκόνας τῶν ἠθῶν de Lys. 8, p. 467, 11 R., τὴν Κύρου παιδείαν εἰκόνα βασιλέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος ep. ad Cn. Pomp. 4, 1, p. 43 Kr.

Caput II.

Uocabula ex arte pingendi traducta.

Quoniam, quibus uocabulis ex arte fingendi ductis Dionysius in scriptis rhetoricis usus sit, demonstrauimus, nunc de uocibus ex arte pingendi in rhetoricam translatis, quem nobis proposuimus disputationis cursum, dicendum est. Sed priusquam uocabula ipsa pertractemus, comparationum ex arte pingendi a Dionysio depromptarum[1]) mentionem faciamus, quo dilucidius, quantum huic scripta rhetorica conscribenti illa oculis obuersata sit, intellegatur; haec enim leguntur de c. u. 21, p. 288 Sch.: *οἴομαί τε ἴδιον ἡμῶν ἑκάστῳ χαρακτῆρι ὥσπερ ὄψεως οὕτω καὶ συνθέσεως ὀνομάτων παρακολουθεῖν οὐ φαύλως παραδείγματα χρώμενος ζωγραφίᾳ· ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τὰ αὐτὰ φάρμακα λαμβάνοντες ἅπαντες οἱ τὰ ζῷα γράφοντες οὐδὲν ἐοικότα ποιοῦσιν ἀλλήλοις τὰ μίγματα· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν ποιητικῇ τε διαλέκτῳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἁπάσῃ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι χρώμενοι πάντες οὐχ ὁμοίως αὐτὰ συντίθεμεν;* l. c. 25, p. 410 Sch., ubi dicit sibi uideri magis decere hominem orationes politicas conscribentem ne minimum quidem neglegere, quam *ζωγράφων τε καὶ τορευτῶν παισὶν ἐν ὕλῃ φθαρτῇ χειρῶν εὐστοχίας καὶ πόνους ὑποδεικνυμένοις περὶ τὰ φλέβια καὶ τὰ πτίλα καὶ τὸν χνοῦν καὶ τὰς τοιαύτας μικρολογίας κατατρίβειν τῆς τέχνης τὴν ἀκρίβειαν*[2]); de ui Demosth. 41, p. 1082, 9 sq. R.: *ὡς ἂν οἱ μετιόντες αὐτὴν* (sc. *τὴν τρίτην ἁρμονίαν*) *προαιρέσεως ἔχωσιν ἢ δυνάμεως τὰ μὲν φυγεῖν, τὰ δὲ λαβεῖν, οὕτως κίρνανται καθάπερ ἐν τῇ ζωγραφίᾳ τὰ μίγματα*; de Isocr. iud. 13, p. 559, 12 sq. R.: *Φιλό-*

[1]) cf. de ui Demosth. 51, p. 1114, 2 sq.; de Din. 7, p. 664, 14 sq.; Ps. Long. π. ὕψ. 36: *ἐπὶ μὲν τῆς τέχνης θαυμάζεται τὸ ἀκριβέστατον.*

[2]) Eiusmodi comparationes et in aliorum rhetorum et in Dionysii scriptis rhetoricis indagatas Brzoska, ut demonstraret Pergamenorum potissimum auctoritate factum esse, ut cum signis tabulisque eloquentia, cum artificibus oratores conferrentur, in dissertationis epimetro satis accurate conlegit.

νικος μὲν γὰρ ὁ διαλεκτικὸς τὴν ἄλλην κατασκευὴν ἐπαινῶν τἀνδρὸς (sc. Ἰσοκράτους) μέμφεται τῆς καινότητος (fortasse conuenientius esse κενότητος dicit Sylburgius) ταύτης καὶ τοῦ φορτικοῦ· ἐοικέναι τέ φησιν αὐτὸν ζωγράφῳ ταῖς αὐταῖς ἐσθήσεσι καὶ τοῖς αὐτοῖς σχήμασι πάσας ἐπικοσμοῦντι τὰς γραφάς; de c. u. 23, p. 338 Sch.: τοῦτο δὲ ποιοῦσιν αἱ τῶν ἁρμονιῶν ἀκρίβειαι χρόνον αἰσθητὸν οὐδένα τὸν μεταξὺ τῶν ὀνομάτων λαμβάνουσαι· ἔοικέ τε κατὰ τοῦτο τὸ μέρος εὐητρίοις ὑφαῖς ἢ γραφαῖς συνεφθαρμένα τὰ φωτεινὰ τοῖς σκιεροῖς ἐχούσαις; de Isaeo 4, p. 591, 4 sq.: εἰσὶ δή τινες ἀρχαῖαι γραφαὶ χρώμασι μὲν εἰργασμέναι ἁπλῶς καὶ οὐδεμίαν ἐν τοῖς μίγμασιν ἔχουσαι ποικιλίαν, ἀκριβεῖς δὲ ταῖς γραμμαῖς καὶ πολὺ τὸ χαρίεν ἐν ταύταις ἔχουσαι· αἱ δὲ μετ' ἐκείνας, εὔγραμμοι μὲν ἧττον, ἐξειργασμέναι δὲ μᾶλλον, σκιᾷ τε καὶ φωτὶ ποικιλλόμεναι καὶ ἐν τῷ πλήθει τῶν μιγμάτων τὴν ἰσχὺν ἔχουσαι· τούτων μὲν δὴ ταῖς ἀρχαιοτέραις ἔοικεν ὁ Λυσίας κατὰ τὴν ἁπλότητα (u. Quint. XII 10, 3) καὶ τὴν χάριν· ταῖς δ'ἐκπεπονημέναις τε καὶ τεχνικωτέραις ὁ Ἰσαῖος; de ui Demosth. 50, p. 1108, 2 sq.: δεῖ δ'αὐτῇ (sc. τῇ ἀλόγῳ αἰσθήσει ad intellegendam ἐμμέλειαν) τριβῆς πολλῆς καὶ κατηχήσεως χρονίου· οὐ γὰρ δὴ πλάσται μὲν καὶ ζωγράφων παῖδες, εἰ μὴ πολλὴν ἐμπειρίαν λάβοιεν, χρόνῳ τρίψαντες τὰς ὁράσεις μακρῷ περὶ τὰς τῶν ἀρχαίων δημιουργῶν τέχνας, οὐκ ἂν εὐπετῶς αὐτὰς διαγνοῖεν καὶ οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν βεβαίως, ὅτι τῇ φήμῃ παραλαβόντες τουτὶ μέν ἐστι Πολυκλείτου τὸ ἔργον, τουτὶ δὲ Φειδίου, τουτὶ δ'Ἀλκαμένους· καὶ τῶν γραφῶν Πολυγνώτου μὲν αὕτη, Τιμάνθους δ'ἐκείνη, αὕτη Παρρασίου. λόγων δ'ἄρά τινες ἀκριβῶς ἐξ ὀλίγων παραγγελμάτων καὶ προςκαίρου κατηχήσεως ἐμμελοῦς ἁρμονίας εἴσονται φύσιν[1]);

§ 1.

Uocabulorum ipsorum, ad quae iam transeamus, primum χρῶμα pertractandum esse uidetur, quod ualens 'eum colorem uel eam formam et rationem elocutionis, qua in sententiis imprimis uel seueritas uel grauitas uel acerbitas uel uehementia aliaue illius uis et indoles apparet: Colorit, Character des Ausdrucks in Rücksicht auf Sinn und Gedanken' (Ern.)[2]) legitur de

[1]) Similitudines ex arte fingendi tractae praeter hunc locum leguntur de ui Demosth. p. 1112, 12. 1114, 3 R.; de Isocr. iud. 3, p. 541, 17 sq.; de Din. 7, p. 644, 17 R.; de comp. u. 10.

[2]) u. Cic. de or. III 199: 'sed si habitum etiam orationis et quasi colorem aliquem requiritis', 100: 'oratio claris coloribus picta'; Quint. VI 1051;

Thuc. 24, 6, p. 131 Kr.: *χρώματα*[1]) *δ'αὐτῆς* (sc. *τῆς Θουκυδίδου λέξεως*) *τό τε στρυφνὸν καὶ τὸ πυκνὸν καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὸ αὐστηρὸν καὶ τὸ ἐμβριθὲς καὶ τὸ δεινὸν καὶ τὸ φοβερὸν, ὑπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα τὸ παθητικόν;* l. c. 42, 3, p. 187 Kr.: *τὸ μὴ βεβασανίσθαι*[2]) *μηδὲ κατεπιτετηδεῦσθαι, ἀληθεῖ δέ τινι καὶ φυσικῷ κεκοσμῆσθαι χρώματι;* de c. u. 4, p. 54 Sch. *τῆς μὲν ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τῆς αὐτῆς μενούσης, τῆς δὲ συνθέσεως μόνης μάλιστα πεσούσης τά τε μέτρα μεταρρυθμίζεσθαι καὶ συμμεταπίπτειν αὐτοῖς τὰ σχήματα, τὰ χρώματα κτλ.;* de ui

'nam meo quidem iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neque sensu neque uerbis neque ore gestuue possit deprendi, ut non tam sit in singulis dictis quam in toto colore dicendi'.

[1]) Praeterea commemorantur hoc loco *ὥσπερ ὄργανα τῆς Θουκυδίδου λέξεως· τὸ ποιητικὸν τῶν ὀνομάτων, τὸ τραχὺ τῆς ἁρμονίας, τὸ τάχος τῆς σημασίας,* ubi *ὄργανα* non cum Ernestio formas dicendi esse intellegendas, sed uulgarem adesse significationem iam Krueg. in ind. uerb. adnotauit; neque est, quod Ernestii sententiam defendamus.

[2]) Uerbum *βασανίζειν*, cuius primarii sensus exstant exempla Platonis (cf. Gorg. p. 486 D: *β. τὸν χρυσόν* et Polit. III p. 413 E: *βασανίζοντας πολὺ μᾶλλον ἢ χρυσόν ἐν πυρί*) figurate de oratione dicitur, 'cum artificiosis coloribus et nimio apparatu instruitur, unde illi synonymum coniungitur *τὸ κατεπιτηδεῦσαι*, quo uerbo nimium studium et cura ornandi significatur, cuius contrarium est: *τὸ ἀληθεῖ καὶ φυσικῷ χρώματι κεκοσμῆσθαι* (Ern.). Sic praeter locum, quem supra exarauimus, legitur uocabulum de Thuc. 41, 8, p. 185 Kr.: *λέξει κέχρηται* (sc. *Ἀρχίδαμος*) *καθαρᾷ καὶ σαφεῖ καὶ οὐδὲν ἐχούσῃ σχῆμα βεβασανισμένον οὐδὲ ἀνακόλουθον* (ubi Sylburgius praefert *βεβιασμένον*, cum Reiskius uocem traditam seruet dicens 'idem est ac si dixisset *διὰ βασάνου διεστραμμένον*, fidiculis distortum luxatumue'. Quam Reiskii sententiam reicio, cum uox *βεβασανισμένον* de eo dictum esse censeam, quod tamquam coticula probauit, ut omnibus in partibus perbene sit structum et summam curam in eo construendo consumptam esse appareat. Hanc uerbi significationem ad totum sententiarum nexum optime quadrare neminem fugiet. Eandem ob causam etiam Ernestium in errorem incidisse mihi persuasi ad Ps. Long. *π. ὕψ.* 10: *καὶ μὴν τὰς προθέσεις ἀσυνδέτους οὔσας συναναγκάσας παρὰ φύσιν καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος 'ὑπὲκ θανάτοιο' τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως ἐβασάνισεν, τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο* haec adnotantem 'cum elocutionem ad imitationem calamitatis ingruentis torsit et finxit, ut in his *ὑπὲκ θανάτοιο*'. Potius interpretandum uidetur 'probauit quasi coticula uerbum, ut simile fieret *τῷ σ. πάθει* i. e. tale formauit uerbum, quod iam per se ipsum *τὸ σ. πάθος* significaret); de Thuc. 55, 1, p. 215 Kr., ubi dicitur de *κατασκευαὶ αἰνιγματώδεις . . . καὶ πολὺ τὸ βεβασανισμένον* (Sylb. proponit *βεβιασμένον*) *καὶ τὸ σολοικοφανὲς ἐν τοῖς σχηματισμοῖς ἔχουσαι*. Relinquitur, ut adiectiui *ἀβασάνιστος* moneam de eo rhetorica ui dicti, 'quod non arte et studio elaboratum est in oratione, sed naturali simplicitate gaudet' (Ern.), quod perspicitur de uet. script. c. 3, 1, p. 425, 11 R.: *ἡδονῇ . . . καὶ τῷ ἀφελεῖ αὐτοφυεῖ ἀβασανίστῳ μακρῷ διενεγκόντα*

Demosth. 46, p. 1099, 5 R.: πρὸς χρῶμα ἕκαστον ἀεὶ σχηματίζων τὸν λόγον ('pro χρῶμα conuenientius fortasse legemus χρῆμα')[1])

Sed adgrediamur iam ad uerba χρωννύναι et συγχρωννύναι, quorum illud in Dionysii scriptis rhetoricis figurate usurpatum legitur de Isocr. iud. 13, p. 560, 4 R.: ἅπαντας γὰρ εὕρισκον τοὺς λόγους αὐτοῦ τοῖς αὐτοῖς τρόποις τῆς λέξεως κεχρωσμένους, hoc ualens 'eam colorandi artem, qua umbram cum luminibus ita componunt, ut horum ad illam transitus et utrorumque coniunctio minus e colorum discrimine cum ipso effectu appareat' (Steph.), 'das Verwischen, Verschmelzen der Farbe, des Lichtes und des Schattens' (Ern.) de c. u. 23, p. 364 Sch.: ταῦθ' ὅτι συνείληπται καὶ συγκέχρωσται ... τὸ ἄλογον ἐπιμαρτυρεῖ τῆς ἀκοῆς πάθος. Hoc loco Dionysius uoce utitur, 'ut significet dictionem Isocrateam omnes uirtutes eas habere, quae sint συνθέσει γλαφυρᾷ καὶ ἀνθηρᾷ propriae. Hanc autem σύνθεσιν primum ita describit, ut statuat in ea nihil esse asperum aut moleste eminens aut disiunctum partibus et membris, sed omnia leuia, mollia suauiterque iuncta apparere: ἔοικέ τε κατὰ τοῦτο τὸ μέρος εὐητρίοις ὑφαῖς ἢ γραφαῖς συνεφθαρμένα τὰ φωτεινὰ τοῖς σκιεροῖς ἐχούσαις· εὔφωνά τε βούλεται εἶναι πάντα ὀνόματα καὶ λεῖα καὶ μαλακὰ καὶ παρθενωπά etc.... Quae igitur in hoc omni loco insigni uarietate usus dixerat συνυφάνθαι, συνηρμόσθαι, συνεξέσθαι, κεράννυσθαι, ut λέξεως γλαφυ-

---

τὸν Ἡρόδοτον (sc. τοῦ Θουκυδίδου) εὑρίσκομεν. Alteram uocabuli uim 'temere' cernimus de c. u. 25, p. 408 Sch.: τοῦ μηδὲν εἰκῇ καὶ ἀβασανίστως τιθέναι μήτ' ὄνομα μήτ' ἐννόημα.

[1]) Ceterum etiam sensus musicus uocis χρῶμα cernitur de ui Dem. 48, p. 1103, 12 R. Eadem uoce significatur 'rhetoribus graecis genus aliquod orationis figuratae, qua efficimus, ut, quae dicimus, gratiosa sint auditoribus uel minus saltem offendant, quam si apertius et liberius dicerentur. Nempe Dionysius ἀγώνων ἐσχηματισμένων s. controuersiarum uel orationum figuratarum in art. rhet. c. 8 et 9 tres modos recenset: 1) qui dicit aliud dicendo aliud efficit 2) contraria dicendo contraria efficit 3) decenter et speciose dicit. Hoc ultimum imprimis χρῶμα dicitur.' (Ern.). Cuius χρώματος methodus a rhetore (l. c. VIII 3 in.) sic describitur: τοῦ μὲν οὖν καλουμένου ὑπὸ τῶν πολλῶν χρώματος οὔτε ἀποκεκρυμμένη οὔτε χαλεπὴ μέθοδος· ἐπιείκεια γὰρ προστεθεῖσα τοῖς λόγοις καὶ τὸ ὑποστέλλεσθαι τῇ παρρησίᾳ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ αἰδεῖσθαι προσποιεῖσθαι καὶ τὸ ὁμολογεῖν μὴ βούλεσθαι τολμηρῶς μηδ' ἀποκεκαλυμμένως λέγειν ἡ μέθοδός ἐστι τῶν τοιούτων λόγων· μεγίστη δὲ καὶ βαθυτάτη ἐν τούτοις τοῖς λόγοις μέθοδος τὸ ἑτέρας αἰτίας ὑποβαλέσθαι εὐσχήμονας πρὸ τῶν λυπούντων λόγων. Idem fere 'coloris' sensus cernitur apud Quintilianum (uide Ernestium s. u.) et persaepe in Annaei Senecae libris rhetoricis.

ρᾶς mollitudinem, leuitatem et dulcedinem declararet, eadem nunc συγχρώννυσθαι dicit' (Ern.).

§ 2.

Etiam adiectiuum εὔγραμμος 'bene delineatus, lineamentis bene distinctus' (Steph.), cuius primariam in arte pingendi uim iam cognouimus Dion. de Isaeo 4, p. 591, 8 R. (ceterum illam ad artem quoque fingendi spectare perspicitur Luc. imag. 6) compluribus locis a Dionysio in artem rhetoricam transductum est ut de c. u. 22, p. 234 Sch.: ἥ τε περίοδος ... οὐκ ἔχει τὴν βάσιν εὔγραμμον καὶ περιφερῆ, ἀλλ'ἀκόρυφός τις φαίνεται καὶ ἀκατάστροφος; l. c. 23, p. 366 Sch.: τῶν περιόδων ὁ κύκλος ἔχων τι περιφανὲς καὶ εὔγραμμον καὶ τεταμιευμένον ἄκραις ταῖς συμμετρίαις; de ui Demosth. 40, p. 1078, 10 R.: εὐκόρυφοι δὴ φαίνονται καὶ εὔγραμμοι διὰ τοῦτο (sc. αἱ περίοδοι). Ceterum de substantiui γραμμή ui et usu cf. Dionysius de Isaeo 4, p. 591, 8 R.; Polybii exc. Uat. p. 393: καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων (de picturis agitur) ἡ μὲν ἐκτὸς ἐνίοτε γραμμὴ σώζεται, τὸ δὲ τῆς ἐμφάσεως καὶ τῆς ἐναργείας τῶν ἀλκίμων ζώων ἄπεστιν, ὅπερ ἴδιον ὑπάρχει τῆς ζωγραφικῆς τέχνης; Luc. Zeux. 5: τὸ ἀποτεῖναι τὰς γραμμὰς εἰς τὸ εὐθύτατον καὶ τῶν χρωμάτων ἀκριβῆ τὴν κρᾶσιν καὶ εὔκαιρον τὴν ἐπιβολὴν ποιήσασθαι; imag. 3: φίλῳ ἀνδρὶ ἐπιδείξαις τὴν εἰκόνα, ὅπως ἂν τῆς γραμμῆς ἔχῃς, 16: εἰκὼν... πάσαις ταῖς γραμμαῖς ἀπηκριβωμένη; Cic. or. 186: 'extrema lineamenta' ('die Umrisse, Contouren in der Zeichnung' Jahn.); Quint. XII 10, 4: 'Zeuxis atque Parrhasius ... quorum prior luminum umbrarumque inuenisse rationem, secundus examinasse subtilius lineas fertur'; Cic. Brut. 67: 'eorum qui non sunt usi plus quam quattuor coloribus formas et lineamenta laudamus'.

§ 3.

Ueniamus iam ad uerba miscendi, quae proprie ad colores pertinere apparet de ui Demosth. 41, p. 1082, 9 sq.[1]). Neque metaphorici eorum usus apud Dionysium desunt exempla, cum legatur uox μιγνύναι de ui Demosth. 15, p. 1000, 5 R.: ἔστι δὲ οὗτος ὁ μεμιγμένος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν χαρακτήρων (cf. de c. u. 12, p. 138 Sch.; art. rhet. V 7: ἀπαγγελία δὲ πρέποι ἂν μάλιστα μεμιγμένη τῷ τοιούτῳ λόγῳ, ἐνιαχοῦ μὲν συνεστραμμένη, ἐνιαχοῦ δὲ διῃρημένη, τῆς ἐν τοῖς μύθοις ἀφελεστέρα

[1]) cf. de c. u. 21, p. 290 Sch.; de Isaeo 4, p. 591, 4 sq. R.

Demetr. de el. 15. 36. 135); *ἐγκαταμιγνύναι* de Thuc. 7, 3, p. 74 Kr.: *Θουκυδίδῃ . . . οὐχ ἥρμοττεν ἐγκ. τῇ διηγήσει τὰς θεατρικὰς γοητείας*; de c. u. 25, p. 382 Sch.: *ἔστι δέ τις ὀνομασία ποιητικὴ γλωσσηματικῶν τε καὶ ξένων καὶ τροπικῶν καὶ πεποιημένων, οἷς ἥδυνεται ποίησις εἰς κόρον, ἐγκαταμιγέντων τῇ ἀμέτρῳ λέξει* (u. adn. Uptonii et Reiskii ad h. l.), paulo post. *ῥυθμούς τινας ἐγκαταμιγνυμένους*; *μικτός* de ui Demosth. 41, p. 1082, 9 R.: *τῆς δὲ τρίτης ἁρμονίας, ἣν ἔφην μικτὴν ἐξ ἀμφοῖν εἶναι* (sc. *τῆς αὐστηρᾶς καὶ γλαφυρᾶς*), l. c. 8, p. 975, 16 R.: *καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦτον ἀποδίδωμι αὐτῷ τὸν ἐξ ἁπάσης μικτὸν ἰδέας*, l. c. 36, p. 1067, 10 R.: *οἱ δὲ συνθέντες ἀφ' ἑκατέρας χρησιμωτάτην μικτὴν καὶ μέσην ἐζήλωσαν ἀγωγήν*; *μίγμα* ep. ad Cn. Pomp. 2, 2, p. 15 Kr.: *ἡ δὲ δὴ Πλατωνικὴ διάλεκτος βούλεται μὲν εἶναι καὶ αὐτὴ μίγμα ἑκατέρων τῶν χαρακτήρων τοῦ τε ὑψηλοῦ καὶ τοῦ ἰσχνοῦ*; *μῖξις* de c. u. 12, p. 138 Sch.: *τοιαύτην δὴ δύναμιν ἐχόντων τῶν τῆς λέξεως μορίων ἐπειδὴ μεταθεῖναι τὴν ἑκάστου φύσιν οὐχ οἷόν τε, λείπεται τῇ μίξει καὶ κράσει καὶ παραθέσει συγκρύψαι τὴν παρακολουθοῦσαν αὐτῶν τισιν ἀτοπίαν τραχέσι λεῖα μίσγοντα καὶ σκληροῖς μαλακὰ καὶ κακοφώνοις εὔφωνα*, l. c. 16, p. 214 Sch.: *τῇ πλοκῇ καὶ μίξει καὶ παραθέσει πειρατέον ἀφανίζειν τὴν τῶν χειρόνων φύσιν*, l. c. 21, p. 290: *ἣν* (sc. *τὴν τρίτην κοινὴν διάλεκτον*) *ὅπως ποτὲ γίνεσθαι φαίην ἂν ἔγωγε ἀπορῶ . . . καὶ δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν εἴτε κατὰ τὴν στέρησιν τῶν ἄκρων ἑκατέρας εἴτε κατὰ μῖξιν.*

Neque omittenda sunt uocabula *κεραννύναι, εὔκρατος, κρᾶσις*, quae quin et ipsa ex arte pingendi ducta sint, nemo dubitabit, qui Luc. imag. 7 inspexerit, ubi haec leguntur: *ὁπόσοι* (sc. *τῶν γραφέων*) *ἄριστοι ἐγένοντο κεράσασθαι τὰ χρώματα*[1]). Uerbo igitur *κεραννύναι* Dionysius metaphorica significatione utitur non paucis locis scribens: *ὁ δ' Εὐριπίδης οὔτε ὑψηλός ἐστιν οὔτε μὴν λιτός, ἀλλὰ κεκραμένῃ τῇ λέξεως μεσότητι κέχρηται* de uet. script. c. 2, 11, p. 413, 14 sq. R., *καὶ οὐδὲ παραλείπουσι τὴν σαφήνειαν, ἀλλὰ κεκραμένῃ τῇ διαλέκτῳ χρώμενοι*[2]) i. e. 'mixto dicendi genere, quod alibi dicitur *τὸ μέσον*' (Ern.) l. c. 3, 4, p. 430, 5 sq., *ἡ τρίτη καὶ μέση τῶν εἰρημένων δυοῖν ἁρμονιῶν . . . κεκέρασταί πως ἐξ ἐκείνων μετρίως* de c. u. 24, p. 370 Sch.[3]); *καὶ μὴν τό γε βραχέως ἐκφέρειν τὰ νοήματα μετὰ*

[1]) u. Dion. de ui Demosth. 41, p. 1082, 13 R.

[2]) sc. *οἱ Πυθαγορικοί*.

[3]) cf. de Isocr. 2, p. 538, 2 R.; de ui Demosth. 3, p. 959, 11; 41, p. 1082, 9 R.

τοῦ σαφοῦς χαλεποῦ τοῦ πράγματος ὄντος φύσει τὸ συναγαγεῖν ἄμφω ταῦτα καὶ κεράσαι μετρίως de Lys. 4, p. 462, 4 R., ἄμεινον κεράσαντας τοὺς λόγους de c. u. 24, p. 374 Sch., ('temperare orationem, ut ex uniuersis characteribus aliquid habeat' Ern.), τὸ δὲ κεκραμένον καὶ παντοδαπὸν ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει ... ὑπερβεβηκέναι (Isocratem Hieronymus dicit) de Isocr. 13, p. 560, 14 R., ἡμιφώνων τε γραμμάτων συμπλοκαὶ τῶν μὴ πεφυκότων ἀλλήλοις κεράννυσθαι de c. u. 23, p. 356 Sch.[1]) Adiectiuo εὔκρατος Dionysius utitur de ui Dem. 3, p. 962, 4 R.: τοιαύτη μὲν οὖν τις ἡ Θρασυμάχειος ἑρμηνεία μέση τοῖν δυοῖν καὶ εὔκρατος καὶ εἰς ἀμφοτέρους[2]) τοὺς χαρακτῆρας ἐπίκαιρον ἀφετήριον et ἀκέραστος de c. u. 22, p. 332 Sch.: ἀκέραστοί τε γὰρ αἱ φωναὶ τοῦ τε ι καὶ τοῦ α, cum uox κρᾶσις reperiatur de c. u. 12. p. 138 Sch., quem locum iam supra aduotauimus, et de ui Demosth. 46, p. 1098, 14 R.: διαφόρους ᾤετο δεῖν ποιεῖσθαι τὰς κράσεις τῶν ἐν τῇ συνθέσει χαρακτήρων.

§ 4.

Sequitur, ut disputetur de uocabulis ad lumen et umbram picturae pertinentibus (cf. Plin. ep. III, 13: 'nam ut in pictura lumen non alia res magis quam umbra commendat, ita orationem tam submittere quam attollere decet'), quorum adnotanda sunt φῶς, cuius primariam perspicimus significationem de Isaeo 4, p. 591, 9 R.: γραφαὶ σκιᾷ τε καὶ φωτὶ ποικιλλόμεναι et Ps. Long. 17, 2: ἐπὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ κειμένων ἐπιπέδου παραλλήλων ἐν χρώμασι τῆς σκιᾶς τε καὶ τοῦ φωτός eiusque figurata cernitur de Thuc. 9, 4, p. 81 Kr.: ἐφ' ᾧ θαυμάζειν ἄξιον, πῶς αὐτὸν ἔλαθεν, ὅτι πολλῶν ἅμα πραγμάτων κατὰ πολλοὺς τόπους γινομένων εἰς μικρὰς κατακερματιζομένη τομὰς ἡ διήγησις οὐκ ἀπολήψεται τὸ τηλαυγὲς φῶς ἐκεῖνο καὶ καθαρόν ('lucem et perspicuitatem narrationis orientem illam ex apta rerum dispositione' Krueg. in ind. u.[3]), σκότος ('de colore s. umbra in pictura apud Eust. Il. p. 953, 51: σημείωσαι, ὅτι κατὰ Παυσανίαν καὶ τὰς χρίσεις σκότη ἐκάλουν οἱ ζωγράφοι, ὅθεν ἀπεσκοτωμένα

---

[1]) u. de uet. script. c. 5, 1, p. 432; 5, 4, p. 434, 1 R.

[2]) cf. Sadée l. c. p. 57.

[3]) 'Euidentiam, qua res gestas animo comprehendimus, lichtvolle Uebersicht der Geschichte'. Ceterum u. Philostr. u. soph. II 23, 21; Quint. II, 5, 7: 'narrandi lux'. Cf. etiam Dion. d. c. u. 23, p. 338 Sch., ubi adiectiua φωτεινά et σκιερός genuina ui ad artem pingendi pertinentia usurpantur.

φησὶ τὰ ἐζωγραφημένα καὶ κεχρωσμένα ἐλέγετο. Quae sunt etiam apud Hesychium, qui σκότους, et Suidam in ἀπεσκοτωμένα (Steph.) de Thuc. 52, 3, p. 208 Kr.: σχηματισμοί, ἐξ ὧν ἡ πάντα λυμαινομένη τὰ καλὰ καὶ σκότον παρέχουσα ταῖς ἀρεταῖς ἀσάφεια παρῆλθεν εἰς τοὺς λόγους[1]) et Demetr. Magn. ap. Dion. de Din. 1, p. 632, 5 sq.: ὅμως τοσοῦτον σκότος ἐπιπόλακεν, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αὐτοῦ λόγους ... ἀγνοεῖν συμβέβηκεν· τὸν δὲ μὴ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ μόνον ἐκείνου νομίζεσθαι, σκοτίζειν de Thuc. 54, 3, p. 211 Kr.: ταῦτα ... οὐ μὴν ἐσκότισταί γε οὐδ' ἀσαφῆ γέγονεν et l. c. 33, 1, p. 160 Kr.: οὗτος ὁ χαρακτὴρ τῆς ἀσαφοῦς καὶ πεπλεγμένης λέξεως, ἐν ᾗ πλείων ἔνεστι τῆς λέξεως ἡ σκοτίζουσα τὴν διάνοιαν ὄχλησις (cf. Plut. mor. p. 1120 E, ubi opponuntur φωτίζεσθαι et σκοτίζεσθαι et Quint. VIII 2, 18: 'cum iam apud Titum Liuium inueniam fuisse praeceptorem aliquem, qui discipulos obscurare quae dicerent iuberet graeco uerbo utens σκότισον'), ἐπισκοτεῖν de c. u. 12, p. 148 Sch.: τὰ μὴ τοιαύτην ἔχοντα φύσιν ἐγκαταπλέκειν τε καὶ συνυφαίνειν τοῖς δυναμένοις αὐτὴν (sc. τὴν ἀκοὴν) γοητεύειν, ὥστε ὑπὸ τῆς ἐκείνων χάριτος ἐπισκοτεῖσθαι τὴν τούτων ἀηδίαν[2]), σκοτεινός de Thuc. 32, 1, p. 159 Kr.: σκοτεινῶς περιπέφρασται et de ui Demosth. 35, p. 1064, 1 R., ubi Aeschines dicitur Demostheni oppobrio facere τὸ σκοτεινόν[3]), ἀμυδρός, quae uox genuino sensu legitur Luc. pisc. 16: ἀμυδρὸς καὶ ἀσαφὴς τὸ χρῶμα (u. quoque Ps. Long. π. ὕψους 17: σχεδὸν γὰρ ὥσπερ καὶ τἀμυδρὰ φέγγη ἐναφανίζεται τῷ ἡλίῳ περιαυγούμενα, οὕτω καὶ τὰ ῥητορικῆς σοφίσματα ἐξαμαυροῖ περιχυθὲν πάντοθεν τὸ μέγεθος· οὐ πόρρω δ' ἴσως τούτου καὶ ἐπὶ τῆς ζωγραφίας τι συμβαίνει, cum metaphoricum sentiamus usum de c. u. 20, p. 284 Sch.: ὅσα δὲ οὐχ οἷόν τε ἦν, ἐλάττω τε ὄντα τούτων καὶ ἀμυδρότερα καὶ διὰ πλῆθος δυςπερίληπτα γραφῇ

[1]) cf. Cic. de or. III 50: 'ita confusa est oratio, ita perturbata, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras adferat' et Quint. VIII 2, 23: 'non semper tam esse acrem iudicis intentionem, ut obscuritatem apud se ipse discutiat et tenebris orationis inferat quoddam intellegentiae suae lumen'.

[2]) cf. Arist. Rhet. III 2, p. 181 Roem: δυαλύει τὸ σαφὲς τῷ ἐπισκοτεῖν, cum ep. ad Cn. Pomp. 2, 5, p. 17 Kr. reperiamus: μελαίνει τε γὰρ τὸ σαφὲς καὶ ζόφῳ ποιεῖ παραπλήσιον; ceterum ἐπισκιάζειν eadem fere significatione legitur art. rhet. VIII 8: καὶ τὸ ἐπαχθὲς τοῦ λόγου ἐπεσκίασται τῷ ἀναγκαίῳ τῆς ἀπολογίας.

[3]) u. Plat. Polit. VIII p. 558 D: ἵνα μὴ σκοτεινῶς διαλεγώμεθα et Cic. or. 36: 'in picturis alios horrida, inculta, opaca, contra alios nitida, laeta conlustrata delectant'.

et de ui Demosth. 13, p. 995, 1; ὅταν δὲ εἰς τοὺς ἀποδεικτικοὺς ἔλθῃ λόγους (sc. ἡ Πλατωνικὴ διάλεκτος) ἀμυδρά τις γίνεται καὶ ἀσθενής, ἀμαυρός l. c. 47, p. 1100, 11 R.: χωρισθὲν γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν θατέρου ... καὶ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἀμαυροτέραν ἴσχει (dicitur de κάλλος et ἡδονή), μελαίνειν ep. ad Cn. Pomp. 2, 5, p. 17 Kr.: μελαίνει τε γὰρ τὸ σαφὲς καὶ ζόφῳ ποιεῖ παραπλήσιον.

Caput III.

Uocabula rhetorica genuina ui in artibus texendi et acu pingendi usurpata.

§ 1.

In fine disputationis in ea inquirere nos necesse est uocabula Dionysiana, quorum primaria significatio in artibus texendi et acu pingendi quaerenda est. Neque a proposito abhorreat, ut de priore agamus uerborum genere, quae Bluemner l. c. I p. 149 dicit[1]), repetere: 'Was die allgemeine Terminologie des Webens anlangt, so ist im Griechischen am häufigsten dafür gebraucht *ὑφαίνειν*[2]), auch das Medium *ὑφαίνεσθαι*, nebst den Composita wie *ἀνυφαίνειν* von neuem weben und *ἐξυφαίνειν* zu Ende weben ... Lateinisch ist nur texo üblich, daneben oft detexo, wo es sich um das Fertigweben ganzer Gewänder handelt. Das die Thätigkeit oder die Kunst des Webens bezeichnende Substantiv ist *ὑφή* (cf. Plat. Polit. 281 A; Dion. de c. u. 23, p. 338 Sch.: *συνειλῆφθαί τε ἀλλήλοις ἀξιοῖ καὶ συνυφάνθαι τὰ μόρια τῆς λέξεως* (sc. *ἡ σύνθεσις γλαφυρὰ καὶ ἀνθηρά*) ... *ἔοικέ τε κατὰ τοῦτο τὸ*

---

[1]) u. I p. 121, ubi dicit texendi artem esse artificiosiorem quam nectendi. Ceterum ad hanc spectant uocabula *πλέκειν, συμπλέκειν, ἀναπλέκειν, ἐγκαταπλέκειν, πλοκή, ἐπιπλοκή, συμπλοκή πολύπλοκος, ἕλιξ* (de Thuc. 48, 4, p. 201 Kr.: *καὶ ἔτι τὰ πεπλεγμένα καὶ πολλὰς τὰς ἕλικας ἔχοντα σχήματα ταυτί*), *δυςεξέλικτος* ep. II ad Ammaeum 2, 4, p. 222 Kr.: *τά τε σκολιὰ καὶ πολύπλοκα καὶ δυςεξέλικτα*; 16, 1, p. 239 Kr.: *ἐν οἷς δὲ σκολιὰ καὶ πολύπλοκος καὶ δυςεξέλικτος ἡ τῶν ἐνθυμημάτων κατασκευὴ γίνεται*; de Thuc. 29, 4, p. 154 Kr.: *ὃ γὰρ βούλεται δηλοῦν ἐν τῇ δυςεξελίκτῳ πλοκῇ, τοιοῦτόν ἐστι*), *εἴρειν* (cf. Ernestius s. u. *εἰρομένη λέξις*), *διείρειν* (de comp. u. 26, p. 430 Sch.: *ἀλλὰ φανήσεταί σοι λόγος οὑτωσὶ διειρόμενος*, quae apud Dionysium haud raro sensu rhetorico leguntur.

[2]) Haec uocabuli uis tam nota est, ut pauca modo attulisse exempla satis habeam: Hom. Od. V 62: *ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν*; Hesych. s. u. *ἐποιχόμεναι: ὑφαίνουσαι· αἱ γὰρ ἡρωίδες ὀρθαὶ ὕφαινον.*

μέρος εὐητρίοις ὑφαῖς; Poll. Onom. VII 33), auch συνυφή (u. Plat. leg. V p. 734 E)...' Dionysius modo composito συνυφαίνειν metaphorice utitur, cuius primaria cernitur significatio Plat. Tim. p. 78 B: πλέγμα ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς οἷον οἱ κύρτοι ξυνυφηνάμενος; Arist. hist. anim. X 39 init.: ἐπὶ δὲ τούτοις ὥσπερ κρόκας ἐμβάλλει, εἶτα συνυφαίνει; Poll. Onom. VII 48: χλαμὺς, ᾗ συνύφαντο ἡ πορφύρα alibi; de c. u. 12, p. 146 Sch.; 16, p. 214 Sch.; 23, p. 354 Sch. σ. ὀνόματα; l. c. 18, p. 244 Sch. σ. ῥυθμούς; l. c. 23, p. 340 σ. κῶλα[1]); l. c. p. 338 σ. τὰ μόρια

[1]) Hoc loco etiam uerba συγξεῖν et συναρμόττειν dicuntur, de quibus, quoniam ea ex arte fabrili ducta esse perspicuum est, disputare mihi liceat. Dionysius priore utitur composito et genuina ui de c. u. 22, p. 294 Sch.: τῶν λογάδην συντιθεμένων ἐν οἰκοδομίαις λίθων αἱ μήτε εὐγώνιοι μήτε συνεξεσμέναι βάσεις, ἀργαὶ δέ τινες καὶ αὐτοσχέδιοι (ceterum de propria uocabuli ξεῖν significatione uid. Bluemner l. c. II p. 176) et metaphorica de eo, 'quod politum est, nihil seueri et asperi habet' (Ern. s. u. συνεξεσμένη λέξις) de c. u. 22, p. 326 Sch.: αὕτη πάλιν ἡ λέξις, ὅτι μὲν οὐκ ἔχει λείας οὐδὲ συνεξεσμένας ἀκριβῶς τὰς ἁρμονίας, οὐδέν ἐστιν εὐεπής (de prooemio Thucydideo dicitur) [u. Alcid. π. σοφ. 20: εὐλύτου γὰρ τῆς ἑρμηνείας οὔσης καὶ τῶν ὀνομάτων οὐκ ἀκριβῶς συνεξεσμένων]; de ui Dem. 40, p. 1076, 4 R.; de c. u. 22, p. 334 Sch.: εὐεπῶς συγκείμενα καὶ συνεξεσμένα ταῖς ἁρμονίαις κῶλα; de Thuc. 24, 1, p. 129 Kr.: λέξις ... συνεξεσμένη opposita τραχυνούσῃ ταῖς τῶν γραμμάτων ἀντιτυπίαις τὰς ἀκοάς [u. Rhet. ad Herenn. IV 18: 'compositio est uerborum constructio aequabiliter perpolita'; Cic. de or. I 50: 'oratio artificio et expolitione ('durch feine Ausarbeitung und Glätte' Piderititus) distincta'; II 54: Caelius neque distinxit historiam uarietate colorum neque uerborum collocatione et tractu orationis leni et aequabili perpoliuit illud opus' ('er wußte seinem Werke... noch nicht die gehörige Glätte zu geben; es war vielmehr Alles erst aus dem Groben herausgearbeitet' Piderit.); III 184: 'polita oratio'; or. 20: 'subtili quadam et pressa oratione limati' ('mit Beseitigung alles irgend Ueberflüssigen' P.) alia]. Ex Demetrii de eloc. 14 uerbis: διὸ καὶ περιεξεσμένον ἔχει τι ἡ ἑρμηνεία ἡ πρὶν καὶ εὐσταλὲς, ὥσπερ καὶ τὰ ἀρχαῖα ἀγάλματα, ὧν τέχνη ἐδόκει ἡ συστολὴ καὶ ἰσχνότης, ἡ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα ἑρμηνεία τοῖς Φειδίου ἔργοις ἤδη ἔοικεν ἔχουσά τι καὶ μεγαλεῖον καὶ ἀκριβὲς ἅμα dilucide apparet etiam compositum περιξεῖν ex artificio uel potius ex arte fingendi in rhetoricam translatum esse. Eodem sensu legitur λεαίνειν (qua de uoce Bluemner II p. 178 disserit) de c. u. 16, p. 210 Sch.; 12, p. 138 Sch.; de ui Demosth. 43, p. 1089, 4 R., συλλεαίνειν l. c. p. 1090, 18 R. et de c. u. 22, p. 332 Sch., λεῖος de c. u. 22, p. 326 Sch., quem locum iam supra adnotauimus, (cf. Cic. or. 20, ubi opponuntur orationes leuis et aspera, 'leuis ... glatt, mit möglichster Vermeidung alles Rauhen und Harten oder sonstiger stilistischer Unebenheiten' Pideritius); de Lys. 24, p. 501, 15 R.: τὸ λεῖον τῆς ἑρμηνείας καὶ τὸ ἀφελὲς τῆς κατασκευῆς; de ui Demosth. 20, p. 1013, 12 R.: τὸ τῆς λέξεως λεῖον καὶ μαλακόν (uituperatur in Isocratis oratione de pace: τραχεῖαν γὰρ ἔδει καὶ πικρὰν εἶναι); de Din. 6, p. 641, 9 R.: σύνθεσις αὐτοφυὴς μὲν καὶ λεία εἶναι δοκοῦσα); de Isocr. 18, p. 576, 10 R.: ἐν

τῆς λέξεως; de ui Demosth. 40, p. 1077, 8 R. σ. *τὰ μόρια τῆς περιόδου* (cf. Plat. Tim. 69 A: *οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διυλασμένα, ἐξ ὧν τὸν ἐπίλοιπον λόγον*

τῇ συνθέσει τῶν ὀνομάτων τὸ λεῖον καὶ εὐπρεπές; de ui Demosth. 40, p. 1075, 10 R.; de c. u. 16, p. 206 Sch. (cf. Demetr. de eloc. 48, ubi Thucydides dicitur fugere ubique *τὸ λεῖον καὶ ὁμαλὲς τῆς συνθέσεως*, 'leuem et aequabilem compositionem, cum lingua non offendit ad literas duriores uel hiat in concursu uocalium: den glatten, leichten Ausdruck' (Ern.) et 68: *λειοτέρα μὲν γὰρ οὕτως ἔσται ἴσως ἡ σύνθεσις*. Operae pretium sit etiam substantiuum *λειότης* pertringere ualens 'leuitatem; *λ. ὀνομάτων* apud rhetores et grammaticos leuitas, cum sc. consonantium crebra *σύγκρουσις* non fit aut fit quidem, sed quae aspera non fit' (Steph.). Apud Dionysium *ἡ λειότης* a Hieronymo philosopho *τῷ παθητικῷ καὶ ἐμψύχῳ* opponitur de Isocr. 13, p. 560, 13 R. ('lenitas dictionis, affectus uigoris et spiritus expers' Ern.). Ceterum u. Quint. VIII 3, 6: 'sed hic ornatus ... uirilis et fortis et sanctus sit nec effeminatam leuitatem et fuco ementitum colorem amet, sanguine et uiribus niteat' et quae Ernestius ad h. l. adnotat. Hesiodus dicitur *φροντίσαι ὀνομάτων λειότητος* de uet. script. c. 2, 2, p. 419, 5 R. (cf. Quint. X 1, 52: 'leuitas uerborum' et Cic. or. 110), Isocrates *τῶν φωνηέντων τὰς παραλλήλας θέσεις ὡς λυούσας τὰς ἁρμονίας τῶν ἤχων καὶ τὴν λειότητα τῶν φθόγγων λυμαινομένας περιίστασθαι* (u. Sadée l. c. p. 88). Similia leguntur de ui Demosth. 40, p. 1076, 7 R., ubi *ἡ γλαφυρὰ καὶ θεατρικὴ ἁρμονία* fugere dicitur *τὰς τῶν φωνηέντων συμβολὰς ὡς τὴν λειότητα καὶ τὴν εὐέπειαν διασπώσας* (cf. Demetr. de el. 299), cum de c. u. 23, p. 354 Sch. haec reperiantur uerba: *ταύτης τῆς λέξεως ἡ εὐέπεια καὶ ἡ χάρις ἐν τῇ συνεπείᾳ καὶ λειότητι γέγονε τῶν ἁρμονιῶν*. — Priusquam de composito *συναρμόττειν* disputemus, in simplex uerbum inquirendum nobis est, quod proprie in arte fabrili usurpatum esse perspicitur Imm. Bekkeri anecd. graec. II p. 650, 5: *οὐ γὰρ ὁ μόνον ξέσαι εἰδὼς οὗτος τέκτων, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τρυπῆσαι καὶ κολλῆσαι καὶ ἁρμόσαι*; Hom. Od. V 247: *πάντα τετραίνειν καὶ ἁρμόζειν ἀλλήλοισιν*, 162: *σχεδίην χαλκῷ ἁρμόζειν*; Schol. ad Pind. Pyth. 5, 35 (45): *τῶν ταῖς χερσὶν ἁρμοζόντων καὶ κατασκευαζόντων τεκτόνων ποικίλματα (ἁρμάτων)* multisque aliis locis (u quoque Bluemner l. c. II p. 320). Dionysius uerbo *ἁρμόζειν* cum primario sensu utitur (cf. de c. u. 6, p. 88 Sch.) et rhetorico coagmentandi struendiue, ut l. c. p. 86 Sch.: *τί μετὰ τίνος ἁρμοττόμενον πέφυκε καλὴν καὶ ἡδεῖαν λήψεσθαι συζυγίαν*; 10, p. 116 Sch.: *καὶ παρ' ἐκείνοις* (sc. Thucydidi et Antiphonti) *ἥρμοσταί τινα ἡδέως καὶ παρὰ τούτοις* (sc. Ctesiae et Xenophonti) *καλῶς*; de Isocr. 3, p. 540, 1 R. et de ui Demosth. 36, p. 1066, 5 R. *ἁρμ. ὀνόματα* (cf. Lucilii frag. inc. X u. 33 sq. Muell. (= u. 993 sq. Lachm.): 'quam lepide *λέξεις* compostae ut tesserulae omnes arte pauimenti atque emblematis uermiculatae' [uide Cic. de or. III 171; or. 149; Brut. 274]; Cic. or. 77: 'uerba etiam uerbis quasi coagmentare neglegat' (Jahn. ad u. coagm.: 'Zunächst von der Verbindung der einzelnen Werkstücke ... beim Bauen, daß kein Zwischenraum bleibt, dann wie struere u. a. von der kunstreichen Verbindung der Wörter', Piderit.: 'von der eigentlichen auf die oratorische Architectonik übertragen, durch sorgfältige, genaue, exacte Wortstellung die Fugen vermeiden'), 219: 'ita uerba structa sunt;' de or. III 171; Brut. 68. 274); de c. u. 7, p. 98 Sch.: *ἁρμ. κῶλα πρὸς ἄλληλα*, p. 100 Sch.: *τοῦτον τὸν τρό-*

δεῖ ξυνυφανθῆναι et Anaxim. Rhet. 32: *τοῦτον τὸν τρόπον ἄλλο ἄλλῳ συνάπτειν μέρει καὶ συνυφαίνειν τὸν λόγον.* Commemorandum uidetur apud Ps.-Long. 4 legi: *τὸ ὅλον τῶν λόγων ὕφους*).

πον ἡρμοσμένων τῶν κώλων; de ui Demosth. 41, p. 1083, 3 R: *λέξις ἄμεινον ἡρμοσμένη*; de c. u. 6, p. 96 Sch.: *λέξεις καλλίους καὶ ἐπιτηδειότεραι ἁρμοσθεῖσαι*; de ui Demosth. 3, p. 958, 14 R.: *ὁ μὲν πρῶτος ἁρμοσάμενος* sc. *τὴν μικτήν τε καὶ σύνθετον ἐκ τούτων τοῖν δυοῖν λέξιν* (u. Cic. or. 20: 'oratio structa' et adn. Pideritii: 'structa im Gegensatz von neque perfecta von der Architectonik der Periode, mit kunstmäßigem Satzgefüge'). Compositum *συναρμόττειν*, cuius primariam docet uim Paus. IV 31, 6: *Δαμαφῶν ... ὃς καὶ τὸν Δία ἐν Ὀλυμπίᾳ διεστηκότος ἤδη τοῦ ἐλέφαντος συνήρμοσεν εἰς τὸ ἀκριβέστατον*; Poll. VII 124 alibi, simili ac simplex significatione usurpatur de c. u. 23, p. 340 Sch.; de Demosth. 48, p. 1103, 1; 40, p. 1075, 13 R.: *ἀπερισκέπτως θάτερα τοῖς ἑτέροις σ.* et paulo post: *σκοποῦσα* (sc. *ἡ γλαφυρὰ σύνθεσις*), *κατὰ ποῖον σχῆμα ληφθέντα χαριεστέρας ἀποτελέσει τὰς συζυγίας, οὕτως συναρμόττειν ἕκαστα πειρᾶται πολλὴν σφόδρα ποιουμένη φροντίδα τοῦ συνεξέσθαι καὶ συνειλῆφθαι καὶ προςπετεῖς ἁπάντων αὐτῶν εἶναι τὰς ἁρμονίας*; de c. u. 26, p. 416 Sch.: *τὰ τῆς λέξεως μόρια πολυειδῶς στρέφειν τε καὶ συναρμόττειν*; l. c. 9, p. 112 Sch.: *κἂν γὰρ ταύταις* (sc. *ταῖς περιόδοις*) *χρὴ τάς τε προηγουμένας καὶ τὰς ταύταις ἑπομένας οἰκείως σ.*; de ui Demosth. 50, p. 1109, 7 R.: *μέτρα ... οὕτως συνηρμοσμένα, ὥστε μηδ' ἡμᾶς νοεῖν, ὅτι ἐστὶ μέτρα.* Neque desunt apud Dionysium composita *προςαρμόττειν, ἐναρμ.* (cf. Alcid. *π. σοφ.* 25: *τοῖς δὲ μετὰ τῶν γραπτων λόγων ἀγωνιζομένοις, ἂν ἄρα τι χωρὶς τῆς παρασκευῆς ἐνθύμημα δοθῇ, χαλεπὸν ἐναρμόσαι καὶ χρῆσθαι κατὰ τρόπον· αἱ γὰρ ἀκρίβειαι τῆς τῶν ὀνομάτων ἐξεργασίας οὐ παραδέχονται τοὺς αὐτοματισμούς.* Ceterum id ipsum, quod in hac Alcidamae oratione tot uacabula ex artibus deprompta nobis occurrunt, demonstrare mihi uidetur illam non Isocratis aetate sed aliquanto post compositam esse), *μεθαρμ., συμμεθαρμ., ἐφαρμ.* Substantiui *ἁρμονία* quae genuina sit uis et metaphorica optime legimus ap. Suid. s. u.: *ἁρμ. δέ ἐστι λόγος τῶν μιχθέντων ἢ σύνθεσις. λέγεται δὲ διχῶς· κατὰ πρῶτον μὲν λόγον ἡ σύνθεσις τῶν σωμάτων, ὅταν οὕτω παρατεθῇ, ὡς μὴ δύνασθαι ἄλλον ἐμβληθῆναι μεταξὺ λίθον ἤ τι τῶν συγγενῶν βαρέων σωμάτων· ἐκ δὲ τούτων μεταφέρομεν τὸ τῆς ἁρμονίας ὄνομα καὶ ἐπὶ τὸν λόγον τῶν μεμιγμένων, οἷον ἐν τοῖς κεκραμένοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ μουσικήν.* Cf. etiam Bluemner II p. 306. Translata significatione a Dionysio uocabulum usurpatur, ubi de 'compositione orationis iuncturaque uerborum' (Ern.) uerba facit. Sic scripta reperimus *ἁρμ. τῶν γραμμάτων* de c. u. 16, p. 204 Sch.; *τῶν κώλων* l. c. 2, p. 20 Sch.; *τοῖς κώλοις ἀποδοῦναι τὴν προςήκουσαν ἁρμονίαν* l. c. 2, p. 22 Sch.; *εὔρυθμοι περιόδων ἁρμονίαι* de ui Demosth. 18, p. 1008, 5 R.; *ἁρμ. ἡδεῖα καὶ καλή* de c. u. 9, p. 104 Sch.; *ἡδίω ποιῆσαι τὴν ἁρμ.* l. c. p. 108 Sch.; *καλὴ ἁρμ.* p. 150 Sch.; *ἔναυλος ἁρμ.* de Thuc. 36, 1, p. 166 Kr.; *αὐστηρὰ ἁρμ.* de c. u. 22, p. 294 Sch.; *ἁρμ. αὐτοῦ* (sc. *Δημοσθένους*) de ui Demosth. 36, p. 1066, 1 et p. 1067, 4 sq. (et alibi in hoc capite); *ἀκριβοῦν ἁρμονίαν* de c. u. 23, p. 360 Sch.; *τὴν ἁρμ. μεταθεὶς* l. c. 3, p. 46 Sch.; *κόσμον λέξει ἁρμονίας τὸν προςήκοντα περιτιθέναι* l. c. 3, p. 28 Sch.; *ἰδία λόγων ἁρμ.* de Lys. 3, p. 460, 1 R.; *τὸ τραχὺ τῆς ἁρμ.*

§ 2.

Uenio nunc ad uerba *στρέφων ἄνω καὶ κάτω*, quae leguntur de Thuc. 24, 2, p. 129 Kr.: *διετέλεσέ γέ τοι* (sc. *Θουκυδίδης*) *τὸν ἑπτακαιεικοσαετῆ χρόνον τοῦ πολέμου . . . τὰς ὀκτὼ βίβλους . . . στρέφων ἄνω καὶ κάτω καὶ καθ'ἓν ἕκαστον τῶν τῆς φράσεως μορίων ῥινῶν καὶ τορεύων*; de ui Demosth. 51, p. 1111, 16 R.: *στρ. ἄ. κ. κ. τὰ μόρια τῆς λέξεως καὶ τὰ ἐκ τούτων συντιθέμενα κῶλα*[1]; de c. u. 25, p. 402 Sch.: *στ. ἄ κ. κ. τὰ ὀνόματα*, quae quin ad artem texendi spectent, nemini dubium erit, qui perlegerit, quae Bluemner I p. 289 dicit de uerbi *στρέφειν* in arte nectendi usu et p. 121: 'bei der einfachsten und darum auch ursprünglichsten Art des Webens kreuzen sich die Fäden in der Weise, daß derselbe Faden abwechselnd oberhalb und unterhalb durch die zu kreuzenden Fäden hindurchgeht'. Neque uero mihi contigit, ut in ueterum scriptorum libris ipsis illam uerborum coniunctionem primariam praebentem uim reperirem. Reliquum est, ut haec strictim attingam uocabula: *συστρέφειν, ἀσύστροφος, συστροφή*; *κατεστραμμένος, ἀκατάστροφος*; *ἀντιστρέφειν, ἀντίστροφος*; *ἐπιστρέφειν*, quorum de plurimis Ernestius s. u. satis multa adnotauit.

---

ep II ad Amm. 2, 7, p. 223 Kr.; *ἡ μέση ἁρμ.* ('compositionis medium genus' Reiskius in ind. uerb.) ep. ad Cn. Pomp. 6, 9, p. 56 Kr.; *ἡ ἐκ τούτων* (sc. *τῶν ὀνομάτων*) *ἁρμ.* de Isocr. 3, p. 539, 13 R. alia. (Cf. Rhet. ad Herenn. IV 18: 'composito est uerborum constructio aequabiliter perpolita [uide Kayseri adnotationem ad hunc locum]; Cic. or. 149: 'est enim quasi structura quaedam' ('structura eigentlich die Aneinanderfügung der fertigen Werkstücke beim Bauen, hier also übertragen auf die kunstmäßige Verbindung der Worte' Pid.). 37. 202; de orat. III 171; Brut. 33). Etiam ui musica utitur Dionysius uoce *ἁρμονία*, significante 'sonoram compositionem, concentum', ut de ui Demosth. 35, p. 1065, 8 R.; 2, p. 957, 2 R. Eandem fere significationem praebet *ἁρμογή*, ut cernitur de c. u. 8, p. 100 Sch.: *ἁρμ. τῶν κώλων*; l. c. 23, p. 340 Sch.: *ἁρμ. τῶν περιόδων, τῶν ὀνομάτων* (cf. 26, p. 416 Sch.); l. c. 22, p. 310 Sch.: *ἀποτραχύνειν ἀξιολόγως τὴν ἁρμ.* Superest, ut leuiter tangam adiectiua *εὐάρμοστος* de eo dictum, 'quod harmonice compositum est, *εὔρυθμον*' (Budaeus), ut intellegitur de Lys. 11, p. 474, 2 R. et *ἐναρμόνιος* 'harmonicae musicae modulis inclusus, *ἐμμελής* Suidae' (Steph. thes. s. u.), de quo uide Ernestium s. u.

[1]) u. de c. u. 26, p. 416 Sch: *τὰ τῆς λέξεως μόρια δεῖ πολυειδῶς στρέφειν* et quid Dionysius l. c. 25, p. 406 de Platonis scribendi diligentia dicat. Huc illa quoque pertinere uidentur, quae leguntur art. rhet. VIII 3: *στρεφόμενα λέγειν* 'mutabilia dicere h. e. ea quibus aduersarius quoque uti possit' (Ern.) aliisque locis. Idem significat: *ἀντίστροφα λέγειν* rhet. IX 5.

§ 3.

Antequam de uocabulis ποικίλλειν, διαποικίλλειν, ποικίλος, ποικιλία agam, ad primariam eorum significationem exponendam ad Bluemneri uerba, quae I p. 208 leguntur, confugere mihi liceat: 'Die allgemeine Bezeichnung für das Sticken ist bei den Griechen ποικίλλω oder ἐμποικίλλω ... die aber ebenso auch von der Buntwirkerei gebraucht werden ... Daher heißt die Thätigkeit ποικιλία ... Die Römer haben zunächst keine specielle Bezeichnung dafür; sie nennen das Sticken acu pingere, mit der Nadel malen, oder auch pingere allein, Stickereien daher auch picturae und Sticker pictores'. Quod uero acu est pictum, idem uarietate colorum distinctum (cf. Schubartius, zur Polychromie der antiken Kunst, in nou. ann. phil. et paed. uol. 109 (1874) p. 28 sq.; Plat. Crit. p. 116 B; Epict. frg. 82 (ap. Stob. Floril. XLVI 82; cf. Bluemner III p. 184); Athen. XII p. 542 D (u. Bluemn. III p. 325 adn.), ut mirum non sit, quod illa uocabula de arte pingendi quoque dicta sunt (cf. Alc. frg. 31; Plat. Polit. II p. 378 C; Hipp. mai. p. 298 A; Dionys. de Isaeo iud. 4 p. 591, 9 R.) Translato sensu uox ποικίλλειν a Dionysio adhibita ualet distinguere[1]), ut de c. u. 20, p. 302 Sch.: λόγος πολλοῖς ὥσπερ ἄνθεσι ποικιλλόμενος τοῖς ἐαρινοῖς; l. c. 19, p. 264 Sch.: τὴν σύνθεσιν π. ταῖς μεταβολαῖς (cf. Cic. de orat. II 54: 'sed iste ipse Caelius neque distinxit historiam uarietate colorum neque uerborum collocatione (ad quae Pideritius: 'seine geschichtliche Darstellung ist noch ganz ohne Farbenwechsel'); or. 65: 'uerba ita disponere, ut pictores uarietatem colorum'); idem fere legitur l. c. 19, p. 258 Sch.; de Isaeo 3, p. 590, 17 R. (u. Phot. p. 487 Bekk., ubi Isocrates dicitur: οὐδὲ ταῖς κατὰ τὸ σχῆμα τροπαῖς ποικιλλόμενος); de Thuc. 4, 2, p. 43 Kr.: πεποίκιλκε τὴν γραφὴν (sc. Ξενοφῶν); de ui Demosth. 48, p. 1103, 3 R.: π. ἑκάτερον αὐτῶν (sc. τῶν ὀνομάτων καὶ κώλων) ἐπειρᾶτο (sc. Δημοσθένης) μυρίοις ὅσοις σχήμασι καὶ τρόποις; de c. u. 12, p. 144 Sch.: τρόπους μὴ τοὺς αὐτοὺς ἐπεισφέρειν, ἀλλὰ ποικίλλειν; de Thuc. iud. 7, 3, p. 74 Kr.: τὰς τοπικὰς ἀναγραφὰς τοῖς μυθώδεσιν ἐπεισοδίοις ποικίλλειν. Sed adgrediamur iam ad compositum διαποικίλλειν, quod proprie ualens et ipsum 'uarie, uaria pictura

[1]) 'Ornare orationem uarietate formarum dicendi ... hinc dicitur πολυειδὴς ἐν τοῖς σχήμασι Thucydides a Marcellino in uita p. 8 et mox ποικιλώτατος ἐν τοῖς τῆς λέξεως σχήμασι. Contrarium uitium passim a rhetoribus commemoratur τὸ ὁμοειδές, τὸ προςκορές, τὸ μονότροπον' (Ern.)

distinguere' (Steph.) et ornare figurate usurpatum legitur de ui Demosth. 50, p. 1110, 13 R.: λέξις διαπεποίκιλται μέτροις τε καὶ ῥυθμοῖς et de c. u. 24, p. 372 Sch.: πᾶς γὰρ αὐτῷ (sc. Ὁμήρῳ) τόπος, οὗ τις ἂν ἅψηται, ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἁρμονίαις εἰς ἄκρον διαπεποίκιλται. Uideatur Isocr. V 27; IX 9: πᾶσι τοῖς εἴδεσι διαποικῖλαι τὴν ποίησιν. Ceterum Isocr. XIII 16 et Ps. Long. π. ὕψ. 23, 2 eadem fere ui composito καταποικίλλειν utuntur.

Neque desunt, ut ad disputationis ueniamus finem, in Dionysii scriptis rhetoricis uocabula ποικίλος et ποικιλία, quorum illud ualens 'uarie distinctus' reperitur de c. u. 22, p. 300 Sch.: αὐστηρὰ διάλεκτος ποικίλη · περὶ τοὺς σχηματισμούς; de Isaeo 3, p. 590, 4 R.: λέξις (sc. Ἰσαίου) σχηματισμοῖς διειλλημένη ποικίλοις; l. c. 12, p. 607, 3 R.: Ἰσαῖος ποικιλώτερος contra Lysiam ἁπλούστερον κατὰ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων καὶ κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν σχημάτων (cf. Arist. Rhet. III 16, p. 217 Roem.: καὶ ἁπλούστερος ὁ λόγος οὗτος, ἐκεῖνος δὲ ποικίλος καὶ οὐ λιτός); de c. u. 26 p. 418 Sch.: τὰς περιόδους . . . σχήμασι ποικίλας ποιεῖν (cf de ui Demosth. 20, p. 1014, 1 R. et Demetr. de eloc. 267); ep. ad Cn. Pomp. 3, 11, p. 35 Kr.: ποικίλην ποιεῖν τὴν γραφήν et paulo post: ἡδὺ χρῆμα ἐν ἱστορίαις γραφῆς (cf. Sadée l. c. p. 17) μεταβολὴ καὶ ποικίλον (u. adn. Reisk.); Plut. de uit. et p. Hom. (ed. Duebn. V p. 108, 42); de Isocr. 2, p. 538, 11 R.: ποικίλη σύνθεσις (cf. de c. u. 16, p. 196 Sch. et Isocr. XV 47: τῇ λέξει ποιητικωτέρᾳ καὶ ποικιλωτέρᾳ τὰς πράξεις δηλοῦσι; de ui Demosth. 50, p. 1111, 5 R.: τὸ σχηματίζειν ποικίλως τὰ κῶλα καὶ τὰς περιόδους; l. c. 8, p. 974, 14 R.: λέξις κεκινημένη ποίκιλως; de uet. script. c. 2, 10 p. 422, 13 R.: Αἰσχύλος ποικιλώτερος Εὐριπίδου καὶ Σοφοκλέους ταῖς τῶν προσώπων ἐπεισαγωγαῖς, hoc uarietatem significans de Thuc. 23, 6, p. 128 Kr. π. τῶν σχηματισμῶν; de ui Demosth. 20, p. 1014, 13 R.: π. σχημάτων (cf. de Lys. 15, p. 487, 8 R. et de Dinarcho 8, p. 864, 10 R.); de c. u. 11, p. 136 Sch.: π. τῶν μεταβολῶν (u. de Thuc. 53, 2, p. 209 Kr. et de c. u. 19, p. 268 Sch.); l. c. 19, p. 258 Sch.: ἡ ἐν τοῖς ὁμοειδέσι ποικιλία; de uet. script. c. 3, 3, p. 428, 7 R.: ἡ π. ἡ ἐν τοῖς πράγμασιν; de ui Demosth. 34, p. 1061, 11: διαφέρειν κατὰ τὴν ποικιλίαν (cf. Isocr. V 27: ταῖς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίαις καὶ ποικιλίαις κεκοσμήκαμεν αὐτόν; XII 246: λόγον . . . παντοδαπῆς μεστὸν ποικιλίας; Aristot. Poët. 23: τῷ μεγέθει μετριάζων καταπεπλεγμένος τῇ ποικιλίᾳ [sc. ὁ πόλεμος]).

Disputatione mea ad finem perducta, quanti sit momenti Dionysii Halicarnassensis scripta rhetorica pertractare iam uidetis. Sed tantum abest, ut totam quaestionem libello meo perfectam et absolutam esse putem, ut contra, si mihi contigerit, ut alios ad hanc uiam ingrediendam commouerem — sic etiam in uocabula ex artibus musica et gymnastica deprompta latius ac diffusius inquirere operae pretium sit — satis mihi fecisse uidear.

Uita.

Natus sum Augustus Greilich a. d. III. Nonas Aug. a. h. s. LX in oppido Leobsitia Augusto et Mathilda parentibus, quorum hanc iam morte mihi abreptam esse summo cum dolore commemoro. Fidem profiteor euangelicam. Primis literarum elementis in ludo Leobsitiensi imbutus anno h. s. LXX gymnasio patriae meae traditus sum. Quod cum per nouem annos frequentauissem, examine quod dicunt maturitatis superato in academiam Uiadrinam me contuli, ut in studia philologica incumberem. Ab eo qui tum fasces tenebat, u. inl. Weinhold, in ciuium academicorum numerum receptus praecipuam curam in pernoscendis et Graecorum et Romanorum scriptis per quinquennium posui. Seminarii philologici per sex menses extraordinarius, ordinarius per unum annum fui sodalis. Praeterea studia ad meam ipsius nationem pertinentia diligenter tractaui. Qua in re magnopere me adiuuit u. inl. Weinhold, qui per unum annum ut interessem seminario germanico permisit. E scholis quas habuerunt u. inl. Dilthey Hertz Partsch Reifferscheid Rossbach Weber Weinhold summos percepi fructus. Omnibus his praeceptoribus semper gratias habebo quam maximas. Examine pro facultate docendi mense Decembri anni LXXXV absoluto ab aestate huius anni usque ad hunc diem magistri munere in gymnasio Suidnicensi fungor.

Sententiae controuersae.

1. Dion. Halic. de Isocr. p. 556, 13 R. Dionysium: *ἐπιτηδειότερον Λυσίαν ἀπεδεχόμην* scripsisse contendo.
2. L. c. p. 549, 9 R. hanc propono scripturam: *τῶν τότε δημαγωγῶν* et p. 561, 4: *ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις*.
3. Ep. ad Cn. Pomp. p. 775, 6 R. legendum esse conicio: ... *ὄφελος· τίς δὲ ἥδε ἀρετή; ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι* ... *διάλεκτος* ac similiter de Lys. p. 472, 6 sq.: *τίς δὲ ἔστιν ἥδε ἀρετή; ἡ πᾶσιν ἐπανθοῦσα τοῖς ὀνόμασι χάρις, πρᾶγμα* ...
4. De Din. iud. p. 632, 15 R. haec scribi in editionibus oportet: *περὶ δὲ ὀνόματα μόνον κοινὰ* ... *ἐσπούδασε* et paulo ante: *οὔτε ἀκριβὲς οὔτε ἐναργές, ἀλλ' οὐδ' ἀληθὲς εὑρεῖν*.
5. L. c. p. 632, 17 R. legi malim: *οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν γεγενημένων σύμφωνον* et de Demosth. p. 1013, 14 R. *ποιοῦσαν* pro *ποιεῖν*.
6. De Din. p. 638, 9 R. rectam esse scripturam censeo: *ὥστ' ὅσους εὑρίσκομεν πρεσβυτέρους τούτου τοῦ ἄρχοντος φερομένους εἰς αὐτὸν λόγους ὡς ἐν τοῖς γνησίοις εἰσίν, ἀπιστοίημεν ἂν εἰκότως*.

